




UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


Universitätsbibliothek Paderborn


Instrumentvm Pacis Cæsaro-Svecicvm

circa 1740

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51741](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51741)







INSTRUMENTVM
PACIS
CÆSAREO-SVECICVM.

IN NOMINE SACROSANCTÆ ET INDIVIDUÆ
TRINITATIS, AMEN.

Notum sit universis & singulis, quorum interest aut quomodolibet interesse potest. Postquam a multis annis orta in Imperio Romano dissidia, motusque civiles eò usque increverant, ut non modo universam Germaniam, sed & aliquot finitima Regna, potissimum vero Sueciam, Galliamque ita involverint, ut diuturnum & acre exinde natum sit bellum; primo quidem inter Serenissimum & Potentissimum Principem ac Dominum, Dominum FERDINANDUM SECUNDUM, Electum Romanorum Imperatorem Semper Augustum, Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatia, Sclavoniæ &c. Regem, Archiducem Austriæ, Ducem Burgundiæ, Brabantiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Marchionem Moraviæ, Ducem Luxemburgiæ, Superioris ac Inferioris Silesiæ, Wurtembergæ & Teckæ, Principem Sueviæ, Comitem Habsburgi, Tyrolis, Kyburgi & Goritiæ, Landgravium Alsatiæ, Marchionem Sacri Romani Imperii, Burgoviæ ac Superioris & Inferioris Lusatiæ, Dominum Marchiæ Sclavonicæ, Portus Naonis & Salinarum &c. inclytæ memoriæ, cum suis fœderatis & adhærentibus ex una: & Serenissimum ac Potentissimum Principem ac Dominum, Dominum GUSTAVUM ADOLPHUM, Suecorum, Gothorum & Vandalorum Regem, Magnum Principem Finlandiæ, Ducem Esthoniæ & Careliæ Ingridiæque Dominum &c. inclytæ recordationis & Regnum Sueciæ, ejusque Fœderatos & adhærentes ex altera parte: Deinde post eorum è vita discessum, inter Serenissimum ac Potentissimum Principem & Dominum, Dominum FERDINANDUM TERTIUM, Electum Romanorum Imperatorem Semper Augustum, Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatia, Sclavoniæ &c. Regem, Archiducem Austriæ, Ducem Burgundiæ, Brabantiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Marchionem Moraviæ, Ducem Luxemburgiæ, Superioris ac Inferioris Silesiæ, Wurtembergæ & Teckæ, Principem Sueviæ, Comitem Habsburgi, Tirolis, Kiburgi & Goritiæ, Landgravium Alsatiæ, Marchionem Sacri Romani Imperii, Burgoviæ ac Superioris & Inferioris Lusatiæ, Dominum Marchiæ Sclavonicæ, Portus Naonis & Salinarum &c. cum suis Fœderatis & adhærentibus ex
A una:

PROEMI-
UM.

II INSTRUMENTUM PACIS

una: Et Serenissimam ac Potentissimam Principem ac Dominam, Dominam CHRISTINAM, Suecorum, Gothorum, Vandalorumque Reginam, Magnam Principem Finlandiæ, Ducem Esthoniæ & Careliæ, Ingridæque Dominam, Regnumque Sueciæ, & ejus Fœderatos & adhaerentes ex altera parte: undè multa Christiani sanguinis effusio, cum plurimarum provinciarum desolatione secuta est: Tandem Divina bonitate factum esse, ut utrimque de pace universali suscepta sit cogitatio, in eumque finem ex mutua partium conventionione Hamburgi die vigesima quinta Stylo novo, vel die decima quinta Stylo veteri Decembris Anno Domini Millesimo Sexcentesimo quadragesimo primo inita, constituta sit dies undecima Stylo novo, vel prima Stylo veteri, Mensis Julii, Anno Domini Millesimo Sexcentesimo quadragesimo tertio, Congressui Plenipotentiariorum Osnabrugis & Monasterii Westphalorum instituen- do; comparentes igitur statuto tempore & loco utrimque legitime constituti Legati Plenipotentiarii, a parte quidem Imperatoris, Illustrissimi & Excellentissimi Domini, Dominus Maximilianus Comes à Trautmansdorff & Weinsberg, Baro in Gleichenberg, Neostadii ad Cocrum, Negau, Burgau & Tozenbak, Dominus in Teinitz, Eques Aurei Velleris, Consiliarius Secretus, & Camerarius Sacræ Casaræ Majestatis, Ejusque aulæ Supremus præfectus, Nec non Dominus Joannes Maximilianus Comes à Lamberg, Liber Baro in Ortteneck & Ottenstain, Dominus in Stockharn & Amm- rang, Burgravius in Steyr &c. Sacræ Casaræ Majestatis Camerarius, & Dominus Joannes à Crane, Juris Utriusque Licentiatus, Comes Palatinus, Consiliarii Imperiales Aulici: A parte vero Regiæ Sueciæ Illustrissimi & Excellentissimi Domini, Dominus Jaannes Oxenshierna Axelii, Comes Moreæ Australis, Liber Baro in Kymitho & Nynäas, Dominus in Fiholm, Alhult, Hörningsholm, Söderbo & Lidöo, Regni Sueciæ Senator, & Consiliarius Cancellariæ; & Dominus Johannes Adler Salvius, Dominus in Adlersberg, Harfeld, Wildenbruch & Tullinge, Regni Sueciæ Senator, Regiæ Majestatis Consiliarius Secretus & Aulæ Cancellarius, post invocatum Divini Numinis auxilium, mutuasque Plenipotentiarum tabulas (quarum apographa sub finem hujus instrumenti de verbo ad verbum inserta sunt) rite commutatas, præsentibus, suffragantibus & consentientibus Sacri Romani Imperii Electoribus, Principibus ac Statibus ad Divini Numinis gloriam & Christianæ Reipublicæ salutem in mutuas pacis & amicitie leges consenserunt & convenerunt, tenore sequenti:

ARTICULUS I.

ART. I.
Pax inter
Casarem ac
Status Imperii
Regnum item
Sueciæ, ac re-
liquos Status
Imperii, con-
clusa.

PAX SIT Christiana, universalis, perpetua, veraque & sincera amicitia inter Sacram Casaream Majestatem, Domum Austriacam omnesque ejus fœderatos & adhaerentes, & singulorum hæredes & successores, imprimis Regem Catholicum, Electores, Principes ac Status Imperii ex una: & Sacram Regiam Majestatem Regnumque Sueciæ, omnesque ejus fœderatos & adhaerentes, & singulorum hæredes ac successores, imprimis Regem Christianissimum, ac respective Electores, Principes, Statusque Imperii ex altera parte, eaque ita sincerè serioque servetur & colatur, ut utraque pars alterius utilitatem, honorem ac commodum promoveat, omnique ex parte & universi Romani Imperii cum Regno Sueciæ, & vicissim Regni Sueciæ cum Romano Imperio, fida vicinitas, & secura studiorum pacis atque amicitie cultura revirescant & reflorescant.

ART. II.

ARTICULUS II.

SIT UTRIMQUE perpetua oblivio & amnestia omnium eorum, quæ ab initio horum motuum, quocunque loco modove, ab una vel altera parte ultro citroque hostiliter facta sunt, ita ut nec eorum, nec ullius alterius rei causa vel prætextu alter alteri posthac quicquam hostilitatis, aut inimicitia, molestia vel impedimenti, quo ad personas, statum, bona vel securitatem per se vel per alios, clam aut palam, directe vel indirecte, specie juris aut viâ facti in Imperio, aut uspiam extra illud (non obstantibus ullis prioribus pactis in contrarium facientibus) inferat vel inferri faciat aut patiat, sed omnes & singulæ hinc inde tam ante bellum, quam in bello, verbis, scriptis aut factis illatæ injuriæ, violentiæ, hostilitates, damna, expensæ absque omni personarum rerumve respectu ita penitus abolitæ sint, ut quicquid eo nomine alter adversus alterum prætereundum possit, perpetua sit oblivione sepultum.

ART. II.
Amnestia
universalis
constituta,
prætenioni-
bus abolitis,
quæ Paci-
ficationem
non attin-
gunt.

ARTICULUS III.

JUXTA HOC universalis & illimitata amnestiæ fundamentum universi & singuli Sacri Romani Imperii Electores, Principes, Status (comprehensa immediata Imperii Nobilitate) eorumque Vasalli, subditi, cives & incolæ, quibus occasione Bohemiæ Germaniæve motuum vel fœderum, hinc inde contractorum, ab una vel altera parte aliquid præjudicii aut damni quocunque modo vel prætextu illatum est, tam quo ad conditiones & bona feudalia, subfeudalia & allodialia, quam quo ad dignitates, immunitates, jura & privilegia restituti sunt plenarie, in eum utrimque statum in sacris & profanis, quo ante destitutionem gavisi sunt, aut jure gaudere potuerunt, non obstantibus sed annullatis quibuscunque interim in contrarium factis mutationibus.

ART. III.
§. I.
De Statuum
Imp. restitua-
tione in sta-
tum pristinum
ex capite
amnestiæ.

QUEMADMODUM vero tales restitutiones omnes & singulæ intelligendæ sunt, salvis juribus quibuscunque tam directi, quam utilis dominii, in vel circa bona restituenda, sive secularia sive ecclesiastica, sive restituenti, sive restituendo, sive cuius tertio competentibus, salvis item litispendentiis desuper in Aula Cæsarea, sive in Camera Imperiali, vel aliis Imperii immediatis aut mediatis dicasteriis vertentibus, ita hæc clausula salvatoria generalis, vel aliæ subsequentes speciales ipsam restitutionem nullatenus impediunt, sed competentia jura, actiones, exceptiones & litispendentiæ post factam demum restitutionem coram competenti iudice examinentur, discutiantur & expediuntur, multo minus hæc reservatio ipsi amnestiæ universali & illimitatæ quicquam præjudicii afferat, aut etiam ad proscriptiones, confiscationes & ejus generis alienationes extendatur, vel articulis aliter conventis interque hos compositioni gravaminum aliquid deroget, nam quantum juris in bonis ecclesiasticis hucusque controversis ejusmodi restituti vel restituendi sint habituri, patebit infra articulo de gravaminum ecclesiasticorum compositione.

§. 2.
Restitutiones
intelligendæ
salvis juribus
quibuscun-
que.

ARTICULUS IV.

ET QUAMVIS ex hac præcedenti regula generali facile judicari possit, qui & quatenus restituendi sint, tamen ad instantiam aliquorum de quibusdam gravius momenti causis, pro ut sequitur, spe-

ART. IV.
§. I.
Inductio Cau-
salarum Singu-
larium:

IV INSTRUMENTUM PACIS

cialiter mentionem fieri placuit, ita tamen, ut qui expresse non nominati vel expuncti sunt, propterea pro omissis vel exclusis non habeantur.

§. 2. ANTE OMNIA vero *causam Palatinam* Conventus Osnabrugensis De *Causa Pa-* & Monasteriensis eò deduxit, ut eà de re jam diu mota lis diremta sit modo sequenti:
latina.

§. 3. ET PRIMO QUIDEM quod attinet domum Bavaricam, dignitas Electoralis, quam Electores Palatini ante hac habuerunt, cum omnibus Regaliis, Officiis, præcedentiis, insigniis & juribus quibuscunque ad hanc dignitatem spectantibus, nullo profus excepto, ut & Palatinatus Superior totus, unà cum Comitatu Cham, cum omnibus eorum appertinentiis, Regaliis ac juribus, sicut hæctenus, ita & impostero maneat penes Dominum Maximilianum Comitem Palatinum Rheni, Bavariz Ducem, Ejusque liberos, totamque lineam Guilhelmicam, quàm diu masculi ex ea superstites fuerint.
Electoralis di-
gnitas Pala-
tina Domui
Bavaricæ tri-
buta.

§. 4. VICISSIM DOMINUS Elector Bavariz pro se, hæredibus ac successoribus suis totaliter renunciat debito tredecim millionum omnique prætensionem in Austriam Superiorem, & statim à publicata pace omnia Instrumenta desuper obtenta, Cæsareæ Majestati ad cassandum & annullandum extradat.
Electoꝝ Ba-
variz re-
nunciat debi-
to 13. Millio-
num &c.

§. 5. QUOD AD DOMUM PALATINAM attinet, Imperator cum Imperio publicæ tranquillitatis causa consentit, ut vigore presentis conventionis institutus sit Electoratus octavus, quo Dominus Carolus Ludovicus Comes Palatinus Rheni, ejusque hæredes & Agnati totius lineæ Rudolphinæ, juxta ordinem succedendi in Aurea Bulla expressum, deinceps fruantur. Nihil tamen juris, præter simultaneam Investituram ipsi Domino Carolo Ludovico, aut ejus successoribus, ad ea, quæ cum dignitate Electorali Domino Electori Bavariz, totique lineæ Guilhelmicæ attributa sunt, competat.
Institutio E-
lectoratus O-
ctavi.

§. 6. DEINDE UT Inferior Palatinatus totus cum omnibus & singulis ecclesiasticis & secularibus bonis juribusque & appertinentiis, quibus ante motus Bohemicos Electores Principesque Palatini gavisi sunt, omnibusque documentis, registis, rationariis & cæteris actis huc spectantibus eidem plenarie restituantur; cassatis iis, quæ in contrarium acta sunt, idque autoritate Cæsareæ effectum iri, ut neque Rex Catholicus neque ullus alius, qui exinde aliquid tenet, se huic restitutioni ullo modo opponat.
Electoꝝi Pa-
latino Infe-
rior Palatina-
tus restitui-
tus.

§. 7. CUM AUTEM certæ quædam Præfecturæ stradæ Montanæ antiquitus ad Electorem Moguntinensem pertinentes, anno demum millesimo quadringentesimo sexagesimo tertio, pro certa pecuniæ summa Palatinis cum pacto perpetuæ relictionis impignoratæ fuerint, ideo conventum est, ut hæ Præfecturæ penes modernum Dominum Electorem Moguntinensem, ejusque in Archiepiscopatu Moguntinensi successores permaneat, dummodo pretium pignorationis sponte oblatum infra terminum executioni conclusæ Pacis præfixum parata pecunia exsolvat, cæteris.
Præfecturæ
Stradæ Montanæ
ad Mo-
guntinensem re-
vertuntur.

risque, ad quæ juxta tenorem literarum oppignorationis tenetur, satisfaciatur.

ELECTORI QUOQUE TREVIRENSI, tanquam Episcopo Spirensi, Episcopo item Wormatiensi, jura quæ prætendunt in bona quædam Ecclesiastica, intra Palatinatus Inferioris Territorium sita, coram competente judice prosequi liberum esto, nisi de his inter utrumque Principem amice conveniatur. **QUODSI VERO** contigerit Lineam Guilielmianam masculinam prorsus deficere, superstite Palatinâ, non modo Palatinatus Superior, sed etiam dignitas Electoralis, quæ penes Bavariæ Duces fuit, ad eosdem superstites Palatinos, interim simultanea investitura gavifuros, redeat, octavo tunc Electoratu prorsus expungendo, ita tamen Palatinatus Superior hoc casu ad Palatinos superstites redeat, ut hæredibus allodialibus Electoris Bavariæ actiones & beneficia, quæ ipsis ibidem de jure competunt, reservata maneant.

§. 8.
Spirensis & Wormat. Episcop. actiones ad iudicium remissæ.

§. 9.
De reditu Electoralis dignitatis ad Palatinum.

PACTA QUOQUE GENTILITIA inter Domum Electoralem Heidelbergensem & Neoburgicam, à prioribus Imperatoribus, super Electorali successione confirmata, ut & totius Lineæ Rudolphinæ jura, quantum huic dispositioni contraria non sunt, salva rataque maneant. **AD HÆC** si quæ feuda Juliacensia aperta esse competenti viâ juris evictum fuerit, ea Palatinis evacuentur.

§. 10.
Palatinorum Successionum confirmatio.

§. 11.
Jura Palatini in feuda Juliacensia.

PRÆTEREA UT dictus Dominus Carolus Ludovicus aliquatenus liberetur onere prospiciendi fratribus de Appennagio, Cæsarea Majestas ordinabit, ut dictis suis fratribus quadringenta Imperialium Thalerorum millia, intra quadriennium, ab initio anni venturi millesimi sexcentissimi quadragesimi noni numerandum, expendantur, singulisque annis centena millia solvantur, unâ cum annuo censu, quinque de centum computatis.

§. 12.
Appennagium Palatini fratribus fixum.

DEINDE tota Domus Palatina cum omnibus & singulis, qui ei quocunque modo addicti sunt aut fuerunt, præcipue vero Ministri, qui ei in hoc conventu aut alias operam suam navarunt, ut & omnes Palatinatus exules, fruantur amnestia generali supra descripta, pari cum cæteris in ea comprehensis jure & hac transactione singulariter in puncto gravaminum plenissime.

§. 13.
Amnestia Domui Palatinæ concessa.

VICISSIM Dominus Carolus Ludovicus cum fratribus Cæsareæ Majestati obedientiam & fidelitatem, sicut cæteri Electores Principesque Imperii, præstet, ac insuper Palatinatu Superiori pro se & hæredibus suis tum ipse, tum ejus fratres, donec ex Linea Guilielmiana hæredes legitimi & masculi superfuerint, renuncient.

§. 14.
Renunciatio Palatini in Palatinatum Superiorem.

CUM AUTEM de ejusdem Principis Viduæ Matri, Sororibusque præstando victualitio & dote constituenda, mentio injiceretur, pro benevolæ Sacræ Cæsareæ Majestatis in Domum Palatinam affectu promissum est, dictæ Viduæ Matri pro Victualitio semel pro semper viginti Thalerorum Imperialium millia, singulis autem sororibus dicti Domini Caroli, quan-

§. 15.
Victualitium Palatini Matri ac sororibus constitutum.

B

quan-

quando nuptum elocata fuerint, dena Thalerorum Imperialium millia, nomine Suae Majestatis exsolutum iri. De reliquo vero ipsis idem Princeps Carolus Ludovicus satisfacere teneatur.

§. 16. *Comitum in Leiningen & Daxburg cautio à Palatino.* COMITES in Lainingen & Daxburg, sæpe dictus Dominus Carolus Ludovicus ejusque successores in Palatinatu Inferiori, nullâ in re turbet, sed jure suo à multis retro seculis obtento, & à Cæsaribus confirmato quiete & pacifice uti frui permittat.

§. 17. *Nobilitatis immediata conservatio.* LIBERAM IMPERII NOBILITATEM per Franconiam, Sueviam & Tractum Rheni, cum districtibus appertinentibus, in suo statu immediato inviolate relinquat.

§. 18. *Confirmatio Feudorum Palatinorum.* FEUDA ETIAM ab Imperatore in Baronem Gerhardum de Waldenburg dictum Schenckherrn, Nicolaum Georgium Reigersberg, Cancellarium Moguntinum, & Henricum Brömbsfer Baronem de Rudesheim, item ab Electore Bavariae in Baronem Joannem Adolphum Wolff, dictum Metternich, collata, rata maneat. Teneantur tamen ejusmodi Vasalli Domino Carolo Ludovico velut Domino directo, ejusque successoribus, juramentum fidelitatis præstare, atque ab eodem feudorum suorum renovationem petere.

§. 19. *De status Ecclesiastici in Palatinatu conservatio.* AUGUSTANÆ CONFESSIONIS CONSORTIBUS, qui in possessione templorum fuerant, interque eos Civibus & incolis Oppenheimensibus, servetur status Ecclesiasticus Anni millesimi sexcentissimi vicesimi quarti, cæterisque id desideraturis, Augustanæ Confessionis exercitium, tam publice in templis ad statas horas, quam privatim in ædibus propriis aut alienis ei rei destinatis, per suos aut vicinos verbi Divini ministros peragere liberum esto.

§. 20. *De restitutione Ducis Simmerenssi.* PRINCEPS LUDOVICUS PHILIPPUS Comes Palatinus Rheni recuperet omnes ditiones, dignitates & jura in sacris & profanis, quæ ipsi à Majoribus ex successione & divisione ante tumultus bellicos obven-
runt.

§. 21. *Episcopi Principis portio.* PRINCEPS FRIDERICUS Comes Palatinus Rheni quartam partem vectigalis Vitzbacensis, Cœnobium quoque Horenbach cum pertinentiis & quicquid juris parens ejus ante hæc ibidem habuit ac possedit, recipiat & respective retineat.

§. 22. *Veldentzensis restitutio in statum anni 1624.* PRINCEPS LEOPOLDUS LUDOVICUS Comes Palatinus Rheni restituatur penitus in Comitatum Veldentz ad Mosellam, tam in ecclesiasticis quam politicis, contra omnia hactenus attentata in eum, quo anno millesimo sexcentesimo vicesimo quarto ipsius parens fuit, statum.

§. 23. *Controversia Kitzingen-
sis; Fortalitii Vitzburg re-
stitutio.* CONTROVERSIA quæ vertitur inter Episcopos respective Bambergensem & Herbipolensem, ac Marchiones Brandenburgicos Culmbachi & Onolzbachi de castro, oppido, præfectura & monasterio Kitzingen in Franconia ad Mcenum, aut amicabili compositione, aut summario juris processu terminetur intra biennium, sub pena perdendæ præventionis imponenda tergiversanti; interim dictis Dominis Marchionibus restituatur

tur nihilominus fortaliticium Wilzburg in eum statum, qui tempore traditionis descriptus fuit ex conventionione & promisso.

DOMUS WURTEMBERGICA maneat quiete in recuperata possessione Dynastiarum Weinsperg, Neustad et Mechmuhl; restituatur etiam in omnia & singula secularia atque ecclesiastica bona & jura ante hos motus ubicunque possessa, interque illa specialiter in Dynastias Blaubeuren, Achalm & Stauffen cum pertinentiis, & sub prætextu pertinentium ad eas, occupatis bonis, cum primis Civitate & territorio Göppingensi, atque pago Pflumern, redditibus universitati Tubingensi piè fundatis, recipiat etiam Dynastias Haidenhaim & Oberkyrk, item Civitates Baltingen, Turlingen, Ebingen & Rosenfeld, nec non arcem & pagum Neidlingen, cum pertinentiis, tum Hochentweil, Hochenasperg, Hochenaurach, Hochen Tubingen, Albeck, Hornberg, Schiltag, cum civitate Schorndorff; restitutio etiam fiat in ecclesias Collegiatis Stutgard, Tubingen, Hernberg, Gœppingen, Backnang, nec non in Abbacias, præposituras atque monasteria Bebenhausen, Maulbrun, Anhausen, Lorch, Adelberg, Denckendorf, Hirschau, Blaubeuren, Herprechtlingen, Murhard, Alpersbach, Königsbrun, Hernalb Divi Georgii, Reichenbach, Phullingen & Leichtenstern, sive Marien-Cron, & similia, cum omnibus documentis ablatis, salvis tamen & reservatis Domus Austriacæ nec non Wurtembergicæ in suprascriptas Dynastias Blaubeuren, Achalm & Stauffen prætenis juribus, actionibus, exceptionibus & remediis atque beneficiis juris quibuscunque.

§. 24.
De Wurtembergica Domus restitutione, ac reservatis Austriacæ Domui juribus.

PRINCIPES QUOQUE WURTEMBERGICI Lineæ Montbelgardensis restituantur in omnes suas ditiones in Alsacia vel ubicunque sitas, & nominatim in duo feuda Burgundica Clerval & Passavant, & ab utraque parte redintegrentur, in eum statum, jura, prærogativas, ac in specie, ad eam immediatatem erga Romanum Imperium, qua ante initium horum bellorum gavisii sunt, & quæ cæteri Principes ac status gaudent, vel gaudere debent.

§. 25.
De Principum Montbelgardensium restitutione.

DE CAUSA BADENSI hoc modo conventum est: Fridericus Marchio Badensis & Hachbergensis ejusque filii & hæredes, cum omnibus qui iisdem quocunque modo intervierunt aut adhucdum intervierunt, cujuscunque nominis aut conditionis sint, gaudeant & fruantur supra articulo secundo & tertio descripta amnestia, cum omnibus suis clausulis & beneficiis, ejusque vigore restituantur plenissimè in eum statum in sacris & profanis, in quo ante exortos Bohemiæ motus fuit Dominus Georgius Fridericus Marchio Badensis & Hachbergensis, quoad Marchionatum inferiorem Badensem, qui vulgo sub appellatione Baden & Durlach venit, itemque quoad Marchionatum Hachbergensem, tum etiam quoad Ditiones Rötteln, Badenweiler & Saufenberg, non obstantibus sed annullatis quibuscunque interim in contrarium factis mutationibus. Deinde restituantur Marchioni Friderico præfecturæ Stain & Reinchingen absque onere æris alieni, interea temporis à Marchione Guilielmo contracti, ratione fructuum, interesse, aut sumptuum per transactionem Elingæ, anno Domini Millesimo sexcentesimo vicesimo nono initam, dicto Guilielmo Marchioni Badensi cessæ, cum omnibus juribus, documentis literariis, aliisque pertinentiis, ita ut tota illa actio sumptuum ac fructuum perceptorum & percipiendorum, cum omni damno & interesse, à tempore

§. 26.
De causa Badensis & Friderici Marchionis restitutione.

De præfecturæ Stain & Reinchingen restitutione.

Pensione sub-
lata pendi so-
lita.

De alterna-
tione præce-
dentia inter
Lineas Ba-
denſes.

§. 27.
De Reſtituti-
one Barona-
tus *Hohen-
Gerolzek.*

Sublatis Ba-
denſium ex-
ceptionibus.

§. 28.
Amneſtia Du-
ci de *Croy*
conceſſa.

§. 29.
De Cauſe
*Naffovio-Sie-
genſis* termi-
natione.

§. 30.
De Comitum
*Naffovio-Sar-
rapontanorum*
reſtitutione.

§. 31.
Domus *Han-
novica*, item-
que

primæ occupationis numerando, ſublata & penitus extincta ſit. Annua quoque penſitatio ex Marchionatu Inferiori, Marchionatu Superiori pendi ſolita, virtute præſentium penitus ſublata, annullata & annihilata ſit, nec eo nomine quicquam vel de præterito vel de futuro impoſterum unquam prætendatur vel exigatur. Alternetur etiam impoſterum inter utramque Lineam Badenſem, Inferioris ſcilicet & Superioris Marchionatus Badenſis, præcedentia & Seſſio in Comitibus & Circuli Sævicici, aliisque univerſalibus vel particularibus Imperii aut quibuſcumque Conventibus, pro nunc tamen eadem præcedentia penes Marchionem Fridericum, dum ſuperſtes erit, permanente. DE BARONATU HOCHEN GEROLZECK conventum eſt, ut ſi Domina Principiſſa Badenſis præſentia ſua jura in dicto Baronatu documentis authenticis ſufficienter probaverit, reſtitutio ſtatim poſt latam deſuper ſententiam fiat, cum omni cauſa, omnique jure, vigore documentorum competenti; Cognitio autem hæc finiatur a die publicatæ Pacis infra biennium. Nullæ denique actiones, transactiones vel exceptiones generales vel ſpeciales clauſulæ, in hoc Inſtrumento pacis comprehenſæ (quibus omnibus per expreſſum, & in perpetuum vigore hujus derogatum ſit) ab una vel altera parte ullo unquam tempore contra hanc ſpecialem conventionem allegentur vel admittantur.

DUX DE CROY gaudeat effectu generalis amneſtiæ, neque protectio Regis Chriſtianiſſimi ſit ei fraudi, dignitatis, privilegiorum, honorum, bonorum, aut ullo alio reſpectu: quietè quoque poſſideat eam Domini Vinstingen partem, quam majores ſui poſſederunt, prout nunc à Domina Matre ſua, dotalitii nomine poſſidetur, juribus Imperii, quoad dictum dominium Vinstingen, in eo ſtatu, quo fuerunt ante hos motus, ſalvis permanentibus.

QUOD CONTROVERSIAM Naffau Siegen contra Naffau Siegen attinet, cum res hæc per Commiſſionem Cæſaream anno milleſimo ſexcentiſimo quadrageſimo tertio ad amicabilem compositionem ſit remiſſa, reſumatur ejuſmodi Commiſſio, & tota lis, vel amicabili compositione vel juridica ſententia, coram competenti iudice decidatur, Comite Joanne Maurício de Naffau ejuſque fratribus abſque ulla turbatione, pro ſuis quotis duntaxat, in apprehenſa poſſeſſione manentibus.

COMITIBUS NASSAU SARÆPONTANIS reſtituantur omnes eorum Comitatus, Dynaſtiæ, Territoria, homines & bona eccleſiaſtica & ſecularia, feudalia & allodialia, nominatim vero Comitatus Saræpontanus & Sarwerdanus integri, cum omni cauſa, ut & fortalitium Homburg cum tormentis bellicis mobilibusque ibi repertis, ſalvis utrimque reſpective tam ratione anno milleſimo ſexcentiſimo viceſimo nono, ſeptimo Julii per ſententiam adjudicatorum in Reviſorio, quam aliis, etiam de illatis damnis, competentibus juribus, actionibus, exceptionibus & beneficiis juris, juxta leges Imperii determinandis, niſi partes potius ament, amica transactione rem componi; ſalvo etiam jure quod Comitibus de Lainingen Daxburg in dicto Comitatu Sarwerdano competere poteſt.

DOMUS HANOVICA reſtituatur in Præfecturas Bobenhausen, Biſchoffsheim am Steg & Wilſtat,

JOHANNES ALBERTUS Comes Solmensis in quadrantem oppidi Buzbacensis, & quatuor pagos adjacentes restituatur.

§. 32.
Comitis Sol-
mensis resti-
tutio.

ITEMQUE RESTITUATUR Domus Solms-Hohensolms in omnia bona & jura sibi anno millesimo sexcentesimo trigesimo septimo ademta, non obstante transactione desuper cum Domino Georgio Landgravio Hassiæ postea factâ.

§. 33.
Comitis
Solms-Hohen-
solmensis re-
stitutio.

COMITES DE ISENBURG gaudeant amnestia generali supra articulo secundo & tertio descripta, falvis tamen juribus Domino Georgio Landgravio Hassiæ vel cujus tertio contra eosdem, ut & contra Comites de Hohensolms, competentibus.

§. 34.
Comitibus
de Isenburg
concessa a-
mnestia.

RHEINGRAVII in suas Præfecturas Troneck & Wildenburg, itemque Dynastiam Mörchingen cum pertinentiis, & cætera omnia jura à vicinis usurpata restituantur.

§. 35.
Restitutiones
Rheingrafe-
rum;

VIDUA Domini Ernesti Comitis Sainensis restituatur in eam possessionem arcis, oppidi & Præfecturæ Hachenburg cum pertinentiis, ut & pagi Bendorff, in qua fuit ante destitutionem, salvo tamen jure cujusvis.

§. 36.
Sainensis vi-
duæ;

CASTRUM ET COMITATUS FALCKENSTAIN restituatur ei, cui de jure competit. Quicquid etiam juris Comitibus de Rasseburg, cognominatis Löwenhaupt, in Præfecturam Brezenhaim, feudum Archiepiscopatus Colonienfis, nec non Baronatum Reipolzkirck in districtu Hundsrück sita, competit, id eis cum omnibus juribus & appertinentiis salvum sit.

§. 37.
Comitatus
Falckenstein,
juribus Co-
mitum de Lö-
wenhaupt,
falvis;

RESTITUATUR ETIAM Domus Waldeck in possessionem vel quasi omnium jurium in Dynastia Didinghausen & pagis Nordernau, Lichtenscheid, Defeld & Niderscheidern, prout illis anno millesimo sexcentesimo vicefimo quarto gavisa est.

§. 38.
Domus Wal-
deckensis

JOACHIMUS ERNESTUS Comes Oettingensis in omnia ecclesiastica & secularia, quæ pater ejus Ludovicus Eberhardus ante hos morus possidebat, restituatur.

§. 39.
Comitis Oe-
tingensis

ITEM DOMUS HOHENLOICA in omnia ipsi ablata, præcipue Dynastiam Weichersheim, itemque in Cœnobium Scheftershaim, absque omni exceptione, imprimis retentionis, restituatur.

§. 40.
Hohenloica
Domus;

FRIDERICUS LUDOVICUS Comes de Löwenstain & Wertheim in omnes suos Comitatus & Dynastias, quæ tempore hujus belli sequestratæ, confiscatæ aliisque cessæ fuerunt, in politicis & ecclesiasticis restituatur.

§. 41.
Comitis Fri-
derici Ludovici de Lö-
wenstain &
Wertheim;

FERDINANDUS CAROLUS Comes de Löwenstain & Wertheim in omne id, quod defunctis ejus agnatis, Georgio Ludovico & Joanni Casimiro sequestratum, confiscatum, aliisque cessum est, in politicis & ecclesiasticis restituatur, falvis tamen iis bonis & juribus, quæ Mariæ Christianæ, filiæ dicti Georgii Ludovici de Löwenstain, ex hæreditate

§. 42.
Itemque Fer-
dinandi Car-
oli.

De vidua
Joannis Casimiri
paterna & materna competunt, in quæ plenarie restituatur; pariter etiam
vidua Joannis Casimiri de Löwenstain in sua bona dotalitia & hypothecata,
reservato jure, si quod in supradicta competit, Comiti Friderico Ludovico,
vel amicabili compositione vel legitimo processu prosequendo.

§. 43.
Domus Erbacensis in Castrum Breuberg;
DOMUS ERBACENSIS, imprimis Comitis Georgii Alberti hæredes,
in Castrum Breubergicum, omniaque ejus jura, ipsis cum Domino Comite Löwenstainenti communia, tam quoad præsidium ejusdemque directionem, quam cætera civilia jura restituantur.

§. 44.
Brandenburgiorum;
VIDUA ET HÆREDES Comitis à Brandenstein restituantur in omnia ex causa belli adempta bona & jura.

§. 45.
Kevenhülleri, Löffleri, Rheulingen;
BARO PAULUS KEVENHÜLLER cum nepotibus ex fratre, Hæredes Cancellarii Löffleri, Marci Conradi à Rhelingen liberi & hæredes, item Hieronymus à Rhelingen unà cum uxore, nec non Marcus Anthonius à Rhelingen &c. quisque in omnia sibi per confiscationem adempta plenarie restituti sunt.

§. 46.
De contractibus metu initis.
CONTRACTUS, permutationes, transactiones, obligationes & instrumenta debiti, vi metuve seu statibus seu subditis illicite extorta, prout in specie queruntur Spira, Weissenburgum ad Rhenum, Landavia, Reidlinga, Heilbrunna, alique, ut & redemptæ cessæque actiones, abolitæ, atque ita annullatæ sunt, ut ullum judicium actionemque eo nomine intentare minime liceat. Quod si vero debitores instrumenta crediti vi metuve creditoribus extorserint, ea omnia restituantur, actionibus desuper salvis.

§. 47.
Nomina vi extorta jure auxilio destituantur.
DEBITA sive emptionis, venditionis, annuorum reddituum, sive alio nomine vocentur, si ab una alterave belligerantium parte in odium creditorum violenter extorta sint, contra debitores, veram violentiam & realem solutionem intercessisse allegantes, & se ad probandum offerentes, nulli processus executivi decernantur, nisi his exceptionibus prævia plenaria causæ cognitione decisis: PROCESSU desuper instituto à pacis publicatione infra biennium finiendo, sub peena perpetui silentii, contumacibus debitoribus imponenda.

§. 48.
Processus de iisdem quomodo tractandi.
Processus autem hætenus eo nomine contra ipsos decreti, una cum transactionibus & promissionibus, pro futura creditorum restitutione factis, tollantur & enerventur, salvis tamen iis pecuniarum summis, quæ flagrante bello pro aliis, ad avertenda majora eorum pericula & damna, bono animo & intentione erogatæ sunt.

§. 49.
De valore sententiarum durante bello latorum.
SENTENTIÆ tempore belli de rebus mere secularibus pronuntiatæ, nisi processus vitium & defectus manifestè pateat, vel in continenti demonstrari possit, non quidam omninò sint nullæ, ab effectu tamen rei judicatæ suspendantur, donec acta judicialia (si alterutra pars, intra semestre ab inita pace spatium, petiverit revisionem) in judicio competentis, modo ordinario vel extraordinario in Imperio usitato, revideantur, & æquabili jure ponderentur, atque ita dictæ sententiæ vel confirmentur, vel emendentur, vel si nulliter latæ sint, planè rescindantur.

SI QUÆ ETIAM FEUDA, regalia vel privata ab anno millesimo sexcentesimo decimo octavo non fuerant renovata, nec interim eorum nomine præstita servitia, nemini id fraudi esto, sed tempus repetendæ investituræ à die factæ pacis cedere incipiat.

§. 50.
De fatali investituræ
feudorum repetendi.

TANDEM OMNES & singuli tam belli officiales militesque, quam Consilarii & Ministri togati, Civiles & Ecclesiastici, quocunque nomine aut conditione censentur, qui uni alterive parti earundemve fœderatis aut adhærentibus toga vel sago militarunt, a summo ad infimum, ab infimo ad summum, absque ullo discrimine vel exceptione, cum uxoribus, liberis, hæredibus, successoribus, servitoribus, quoad personas & bona, in eum vitæ, famæ, honoris, conscientiæ, libertatis, jurium ac privilegiorum statum, quo ante dictos motus gavisi sunt aut jure gaudere poterunt, utrinque restituti sunt, nec eorum personis aut bonis ullum creator præjudicium, ullave actio vel accusatio intentator, multo minus ulla pœna damnumve quocunque prætextu irrogator. Et hæc quidem omnia quoad illos, quæ Cæsareæ Majestatis & Domus Austriacæ subditi & Vasalli non sunt, plenissimum effectum habeant.

§. 51.
De Officialium
quorumcunque restituti-
one plenaria.

QUI VERO SUBDITI & Vasalli hæreditarii Imperatoris & Domus Austriacæ sunt, eadem gaudeant amnestiâ, quoad personas, vitam, famam & honores, habeantque securum reditum in pristinam patriam, ita tamen ut se teneantur accommodare legibus patriis, regnorum & provinciarum. QUANTUM AUTEM eorundem bona concernit, si ea, antequam in Coronæ Sueciæ Galliæve partes transferunt, confiscatione aut alio modo amissa fuere, etsi Plenipotentiarii Suedici diu multumque institerant, ut iis etiam illa restituerentur, tamen cum Sacræ Cæsareæ Majestati hæc in re ab aliis nihil præscribi, nec ob Cæsareanorum constantem contradictionem aliter transigi potuerit, Ordinibusque Imperii ea propter bellum continuari è re Imperii non fuerit visum, porro quoque amissa sunt, ac modernis possessoribus permanente. ILLA VERO BONA, quæ iis post, ob eam causam, quod pro Suecis aut Gallis, contra Cæsarem Domumque Austriacam, arma sumpsissent, erepta sunt, iisdem, qualia nunc sunt, absque refusione tamen sumptuum & fructuum perceptorum, aut damni dati restituantur. DE CÆTERO in Bohemia aliisque quibuscunque Provinciis hæreditariis Imperatoris, Augustanæ confessioni addictis subditis vel Creditoribus, eorumve hæredibus, pro privatis suis prætentionibus, si quas habent, & earum nomine actiones intenderint aut prosecuti fuerint, jus & justitia æque ac Catholicis citra respectum administratur.

§. 52.
Amnestia
subditis Au-
striacis con-
cessa.

§. 53.
Bona tamen
eorum confisca-
tione amissa
modernis
possessoribus
maneant.

§. 54.
Ceteris, in
statu præsen-
ti, iisdem
restituitur.

§. 55.
In provinci-
is heredita-
riis, justitia
Aug. Conf.
addictis ad-
ministratur.

A DICTA TAMEN universali restitutione excepta sunt, quæ restitui vel reddi nequeunt, mobilia & se moventia, fructus percepti, autoritate belligerantium partium interversa, itemque tam destructa, quam publicæ securitatis causa in alios usus conversa ædificia publica & privata, sacra & profana, nec non deposita publica vel privata, hostilitatis intuitu confiscata, legitimè vendita, sponte donata.

§. 56.
Excepta a res-
titutione,
quæ bello per-
ierunt.

QUIA VERO ETIAM causa Juliæ successione inter interestatos, nisi præveniatur, magnas aliquando turbas in Imperio excitare poterit.

§. 57.
Causa Juliæ
causis successio-
net.

nis quomodo
dirimenda?

set; ideo conventum est, ut ea quoque pace confecta, ordinario processu coram Cæsarea Majestate vel amicabile compositione vel alio legitimo modo sine mora dirimatur.

ARTICULUS V.

ART. V.
Gravamina
Ecclesiastica
belli tricen-
nalis causa.

CUM AUTEM præsentis bello magnam partem gravamina, quæ inter utriusque religionis Electores, Principes & Status Imperii vertebantur, causam & occasionem dederint, de iis, prout sequitur, conventum & transactum est.

I.

§. 1.
Confirmatio
Transactio-
nis Passav.
& Pacis Reli-
giosa.

I. TRANSACTIO anno millesimo quingentesimo quinquagesimo secundo Passavii inita, & hanc anno millesimo quingentesimo quinquagesimo quinto secuta pax Religionis, prout ea anno millesimo quingentesimo sexagesimo sexto Augustæ Vindelicorum, & post in diversis Sacri Romani Imperii Comitibus universalibus confirmata fuit, in omnibus suis capitulis, unanimi Imperatoris, Electorum, Principum & Statuum, utriusque Religionis, consensu initis ac conclusis rata habeatur, sancteque & inviolabiliter servetur.

Ejusdemque
declaratio.

Quæ vero de nonnullis in ea articulis controversis hac transactione communi partium placito statuta sunt, ea pro perpetua dictæ pacis declaratione, tam in judiciis, quam alibi observanda habebuntur, donec per Dei gratiam de religione ipsa convenerit, non attenda cujusvis seu Ecclesiastici seu Politici, intra vel extra Imperium, quocumque tempore interposita contradictione vel protestatione, quæ omnes inanes & nihili vigore horum declarantur. In reliquis omnibus autem inter utriusque Religionis Electores, Principes, Status omnes & singulos sit æqualitas exacta mutuaque, quatenus formæ Reipublicæ, constitutionibus Imperii & præsentis conventioni conformis est, ita ut, quod uni parti justum est, alteri quoque sit justum, violentia omni & via facti, ut alias, ita & hic inter utramque partem perpetuo prohibita.

II.

§. 2.
In Ecclesiasti-
cis omnia re-
ducantur ad
statum 1. Jan.
1624.

2. TERMINUS à quo restitutionis in ecclesiasticis, & quæ intuitu eorum in politicis mutata sunt, sit dies prima Januarii Anni millesimi sexcentissimi vigesimi quarti. Fiat itaque restitutio omnium Electorum, Principum & Statuum utriusque Religionis, comprehensa libera Imperii Nobilitate, ut & communitatibus & pagis immediatis plenariè & purè, cassatis omnibus interim in istiusmodi causis latis, publicatis & institutis sententiis, decretis, transactionibus, pactis seu dedititiis, seu aliis, & executionibus, reductione ad statum dicti anni dieique in omnibus facta.

§. 3.
Restitutio
Augustæ Vind.
Dunkelspula
&c.

CIVITATES AUGUSTA Vindelicorum, Dunkselpula, Biberacum & Ravensburgum retineant bona, jura & exercitium Religionis dicti anni dieique; sed ratione dignitatum senatoriarum aliorumque munerum publicorum, sit inter utrique Religioni addictos æqualitas, idemque numerus.

§. 4.
De officio pu-
blici Aug.
Vindel.

IN SPECIE AUTEM quoad Civitatem Augustam sint septem senatores Consilii secretioris ex familiis patriciis delecti, ex his desumpti Reipublicæ præfides duo, vulgo Stadt-Pfeger dicti, unus sit Catholicus, alter

alter Augustanæ Confessionis: ex reliquis quinque tres Catholicæ Religionis & duo Augustanæ Confessionis additi. Senatores reliqui Senatus ut vocant minoris, nec non Syndici, Assesores Judicii urbani aliique officiales omnes sint æquali numero utriusque religionis.

Quæstores rei nummariaæ sint tres, quorum duo unius, tertius diversæ religionis: ita quidem ut primo anno duo sint Catholici, unus vero Augustanæ Confessionis, altero duo Augustanæ Confessionis & tertius Catholicus, & sic deinceps alternando singulis annis.

PRÆFECTI REI TORMENTARIÆ itidem tres parique annua alternatione. Idem etiam circa curam collectarum, annonæ, ædilitii muneris, & si quæ alia sunt officia, quæ tribus committuntur, obtineat: ita quidem ut si uno anno duo officia (veluti Quæstura & cura annonæ, vel ædilitii muneris) penes duos Catholicos & unum Augustanæ Confessionis sint, eodem anno duo alia officia (veluti præfectura rei tormentariæ & collectarum) duobus ex Augustana Confessione, & uni Catholico committantur; sequenti autem anno circa hæc officia duobus Catholicis duo Augustanæ Confessionis additi & uni Catholico unus Augustanæ Confessionis surrogetur.

MUNERA QUÆ uni soli committi solita sunt, pro qualitate rei vel uno vel pluribus annis inter Catholicos & Augustanæ Confessionis cives alternentur, eo quidem modo, ut de officiis, quæ tribus personis committuntur, nunc dictum.

TEMPLORUM TAMEN & scholarum cuique parti suarum cura integra reservetur, ii autem Catholici, qui nunc tempore hujus pacificationis in Magistratu & officiis præter numerum supra conventum supersunt, pristino quidem per omnia honore commodoque fruuntur, veruntamen usque dum eorum loca vel morte vel abdicatione vacaverint, vel domi se contineant, vel si Senatui quandoque interessè velint, voto tamen careant.

NEUTRA VERO PARS suæ religioni adhaerentium potentia ad deprimendam alteram abutatur, aut majorem numerum directe vel indirecte ad dignitates Præsidentum, Senatorum, aliorumque publicorum munerum aggregare præsumat, sed quicquid ejus quodcumque & quomocumque tentatum fuerit, irritum esto, proinde non solum hæc dispositio quotannis quando de novorum Senatorum aliorumque officialium in demortuorum locum surrogatione agitur, publice prælegitur; sed etiam præsidis, seu duumviri secretiorum, reliquorumque Senatorum, Præfectorum, Syndicorum, Judicum, aliorumque Officialium Catholicorum electio & nunc & posthac sit penes ipsos Catholicos, Augustanæ vero Confessionis addictorum penes eosdem; & defuncto Catholico, alius Catholicus, pariterque Augustanæ Confessionis addicto, eidem addictus surrogetur.

PLURALITAS AUTEM votorum in causis Religionem sive directe, sive indirecte concernentibus nequaquam attendatur, neque illa Augustanæ Confessionis addictis civibus ejus loci magis, quam Augustanæ Confessionis Electoribus, Principibus & Statibus in Imperio Romano præjudicet.

§. 5.
De re tormentaria &c. ibidem.

§. 6.
De alternatione officiorum.

§. 7.
De cura Templorum & scholarum.

§. 8.
Neutra pars alteram potentia deprimat.

§. 9.
Pluralitas votorum in causis Religionis non attendatur.

dicet. Quod si Catholici pluralitate votorum in his vel aliis quibusvis negotiis in præjudicium Augustanæ Confessioni addictorum abutantur, reservatum his ipsis esto vigore hujus transactionis ad introducendam alternationem quinti Senatoris secretioris, aliaque legitima remedia provocare.

§. 10.
Legibus Imperialisque Constitutionibus salvis manentibus.

DE CÆTERO PAX RELIGIOSA, itemque Ordinatio Carolina de Electione Magistratum, nec non transactiones de annis millesimo quingentesimo octuagesimo quarto, & millesimo quingentesimo nonagesimo primo (quatenus huic dispositioni directe vel per indirectum non repugnant) salvæ & inviolatæ per omnia maneant.

§. 11.
Status publicus Dunkelshulæ, Biberaci & Ravensburgi ordinatus.

DEINDE DUNCKLSPULÆ, Biberaci & Ravensburgi duo sint Consoles, Catholicus unus, alter Augustanæ Confessionis, quatuor secretioris consilii æquali numero utriusque religionis. Eadem etiam æqualitas circa Senatum, judicium urbanum, præfecturam ærarii, ut & alia omnia officia, dignitates ac mûnera publica observetur. Quoad præfecturam judicii vero, Syndicatum & Secretarios Senatus & judicii, nec non quoad alia hujusmodi officia, quæ uni tantum personæ committuntur, alternatio perpetuo observetur, ita ut demortuo Catholico semper Augustanæ Confessionis addictus, & vice versa, succedat. Quantum ad modum electionis & votorum pluralitatem, nec non curam templorum ac scholarum, itemque anniversariam prælectionem hujus dispositionis attinet, idem quod de Augusta dictum est, observetur.

§. 12.
Donawerda restitutio ad Comitatus re-mittitur.

QUOD AD CIVITATEM DONAWERDAM attinet, si in proxime venturis comitiis universalibus in pristinam libertatem restituenda esse judicabitur ab Imperii Statibus, eodem gaudeat jure in ecclesiasticis & politicis, quo ceteræ Imperii liberæ civitates vigore hujus transactionis gaudent: salvis tamen quoad hanc civitatem eorum, quorum interest, juribus.

§. 13.
Terminus 1624. non præjudicet Amnestiæ.

TERMINUS AUTEM anni millesimi sexcentissimi vigesimi quarti nullum præjudicium creare debet iis, qui ex capite amnestiæ aut aliunde restituendi veniunt.

III.
§. 14.
Bonorum Ecclesiasticorum Immediatorum fatalis terminus d. 1. Jan. 1624.

3. BONA ECCLESIASTICA immediata quod attinet, sive sint Archiepiscopatus, Episcopatus, Prælaturæ, Abbatia, Ballivæ, Præposituræ, Commendæ, sive liberæ foundationes seculares, aut alia, una cum redditibus, pensionibus aliisque quocunque nomine signatis, seu in urbibus, seu ruri sitis, ea, seu Catholici, seu Augustanæ Confessionis Status die primâ Januarii anni millesimi sexcentissimi vicefimi quarti possederint, omnia & singula, nullo planè excepto, ejus Religionis Consortes, qui dicto tempore in reali eorum possessione fuerunt, usque dum de Religionis diffidiis per Dei gratiam conventum fuerit, tranquillè & imperturbatè possideant, neutrique parti liceat alteri seu in judicio seu extra negotium faceffere, multo minus turbas aut impedimentum aliquod inferre: Si vero, quod Deus prohibeat, de religionis diffidiis amicabiliter conveniri non possit, nihilominus hæc conventio perpetua sit & pax semper duratura.

SI IGITUR Catholicus Archiepiscopus, Episcopus, Prælatus, aut Augustanæ Confessioni addictus in Archiepiscopum, Episcopum, Prælatum electus vel postulatus, solus aut una cum Capitularibus seu singulis seu universis, aut etiam alii ecclesiastici religionem impofterum mutaverint, excidant illi statim suo jure, honore tamen famæque illibatis, fructusque & reditus citra moram & exceptionem cedant, Capituloque, aut cui id de jure competit, integrum sit, aliam personam religioni ei, ad quam beneficium istud vigore hujus transactionis pertinet, addictam, eligere aut postulare, relicto tamen Archiepiscopo, Episcopo, Prælato &c. decedenti, fructibus & redivibus interea perceptis & consumptis.

§. 15.
Ecclesiasticæ religionem mutantes excidant suo jure.

Si ergo Status seu Catholicæ seu Augustanæ Confessioni addicti Archiepiscopatus, Episcopatus, beneficiis aut præbendis suis immediatis, à die prima Januarii anni millesimi sexcentissimi vicesimi quarti judicialiter aut extrajudicialiter exciderint, aut quocunque modo turbati fuerint, vigore harum illicò tam in ecclesiasticis quam politicis, omnibus novationibus abolitis, restituantur, ita quidem, ut quæcunque bona ecclesiastica immediata, die prima Januarii anni millesimi sexcentissimi vigesimi quarti Catholico præfule regebantur, Catholicum caput recipiant, & vicissim, quæ dicto anno dicque Augustanæ Confessioni addicti possidebant, retineant etiam impofterum, remissis tamen, quæ una pars contra alteram prætere de possit, perceptis interea fructibus, damnis & expensis.

Status Ecclesiastici immediati in statum d. r. Januarii 1624. restituantur.

4. IN OMNIBUS ARCHIEPISCOPATIBUS, Episcopatus & reliquis foundationibus immediatis jura eligendi & postulandi juxta cujusque loci consuetudines & statuta antiqua, illibata maneant, quatenus illa Imperii constitutionibus, transactioni Passaviensi, Paci religiosa, & imprimis huic declarationi & transactioni sunt conformia & intuitu Archiepiscopatum & Episcopatum Augustanæ Confessioni addictis permanentium, ea nihil in se contineant illi Confessioni adversum, sicut etiam pariter in Episcopatus & Ecclesiis, in quibus Catholicis & Augustanæ Confessionis Ordinibus mixta jura admittuntur, statutis antiquis nihil de novo admisceatur, quod Catholicorum vel Augustanæ Confessionis addictorum conscientiam & causam pro cujusque parte lædere eorumve jus imminuere possit.

IV.
§. 16.
Jura eligendi & postulandi salvamant, Legibus Imp. & Confessionibus conformia. In mixtis locis jura antiqua serventur.

POSTULATI VERO seu electi in Capitulationibus suis spondeant susceptos ecclesiasticos principatus, dignitates & beneficia nequaquam hæreditario jure possessuros, aut id acturos, ut hæreditaria fiant, sed libera sit ubique Capitulo, & quibus id prætere pariter cum Capitulo pro more competit, tam electio & postulatio, quam sede vacante administratio & jurium episcopalium exercitium; operaque detur, ne nobiles Patricii, gradibus academicis insigniti, aliæque personæ idoneæ, ubi id foundationibus non adversatur, excludantur, sed ut potius in iis confer-

§. 17.
Bona Ecclesiastica ne fiant hæreditaria, Capituli juribus, sede vacante, salvis manentibus. Nobiles Patricii eligibiles.

5. UBI SACRA CÆSAREA MAJESTAS jus primariarum precum exercuit, exerceat etiam impofterum, dummodo decedente Augustanæ Confessioni addicto, in ejus Religionis Episcopatus Augustanæ Confessionis addictus, ad normam statutorum & observantiæ idoneus, precibus fruatur. In mixtis vero ex utraque religione seu Episcopatus seu aliis locis immediatis, precibus primariis præsentatus non gaudeat, nisi benefici-

V.
§. 18.
De Cæsaris jure primariarum precum.

§. 19.
Annata &c.
intuitu Aug.
Conf. Statu-
um non ha-
beant locum.

ficium vacans religionis confors possederit. SI QUID ANNATARUM, jurium pallii, confirmationum, mensium Papalium & hujusmodi jurium & reservationum nomine in bonis Statuum Augustanæ Confessionis ecclesiasticis immediatis, à quocunque, quodocunque aut quomodocunque pratendatur, id validitate & executione à brachio seculari impetenda careat.

§. 20.
Mensibus pa-
palibus in Ca-
pitulis mix-
tis, quatenus
sit locus?

IN QUORUM AUTEM Ecclesiasticorum bonorum immediatorum Capitulis utriusque religionis Capitulares & Canonici, vigore præfati termini certo utrimque numero admittuntur, mensæque Papales id temporis in usu fuerunt, porro quoque si decedentes Capitulares & Canonici ex numero Catholicorum definito fuerint, obtineant atque executioni casu eveniente mandentur, modo papalis provisio Capitulis immediate è curia Romana & tempore legitimo infinetur.

VI.
§. 21.
De Ecclesiasti-
corum Aug.
Conf. investitu-
ra, suffragio &c.

6. ELECTI AUT POSTULATI in Archiepiscopos, Episcopos aut Prælatos Augustanæ Confessionis addicti à Sacra Cæsarea Majestate, postquam intra annum electionis aut postulationis suæ fidem fecerint & juramenta regalibus facta feudis præstiterint, absque ulla exceptione investiantur, ultraque taxæ ordinariæ summam, insuper ejusdem dimidium pro infeudatione pendant; iidem, aut sede vacante Capitula, & quibus administratio cum iis conjunctim competit, ad universales æque ac particularis deputationum, visitationum, revisionum, aliosque Conventus Imperiales literis solitis evocentur, & suffragii jure fruantur, prout quisque Statuum ante religionis dissidia eorum jurium particeps fuit. Quæ vero & quot personæ ad ejusmodi conventus mitti debeant, de eo Præfulibus cum Capitulis & Conventualibus statuere liberum esto. DE TITULIS PRINCIPUM ECCLESIASTICORUM ex Augustana Confessione ita convenit, ut absque tamen præjudicio status & dignitatis titulis electorum aut postulatorum in Archiepiscopum, Episcopum, Abbatem, Præpositum, insigniantur, sessionem autem in scamno inter ecclesiasticos & seculares intermedio & transverso capiant, quibus a latere affideant in conventu omnium trium Imperii Collegiorum Director Cancellariæ Moguntinensis, nomine Domini Archiepiscopi, actorum Comitialium generali directione fungens, & post ipsum Directores Collegii Principum, idemque observetur in Senatu Principum collegialiter congregato, à solis istius Collegii actorum directoribus.

VII.
§. 23.
In Episcopati-
bus mixtis nu-
merus Cano-
nicorum &
Religionis
status ad nor-
mam anni
1624. acti-
metur.

7. QUOT CAPITULARES aut Canonici die prima Januarii anno millesimo sexcentesimo vicesimo quarto uspiam vel Augustanæ Confessionis vel Catholici fuerunt, totidem illic ex utraque Religione erunt semper, nec decedentibus nisi ejusdem religionis consortes surrogentur; Si vero alicubi jam plures Catholici, vel Augustanæ Confessionis Capitulares aut Canonici beneficia possident, quam anno millesimo sexcentesimo vicesimo quarto, ii quidem supernumerarii beneficia & præbendas ad vitam retineant, mortuis vero tam diu Catholicis Augustanæ Confessionis addicti, & his Catholici succedant, donec redintegratus fuerit utriusque religionis Capitularium & Canonicorum numerus, qui die prima Januarii, anno millesimo sexcentesimo vicesimo quarto erat. Exercitium vero religionis in mixtis Episcopatibus ita restituatur & permaneat, ubi & quatenus id anno millesimo sexcentesimo vicesimo quarto palam receptum per-

permiffumque fuit, neque fupradictis omnibus vel eligendo vel præfentando aliterve quicquam detrimenti creetur.

8. QUI ARCHIEPISCOPATUS, Epifcopatus & alia fundationes atque bona ecclefiaftica immediata vel mediata in fatisfactionem Regiæ Maieftatis Regniqve Sveciæ, aut æquivalentem recompensationem indemnitatemque fuorum fœderatorum, Amicorum & Intereffatorum concefferunt, peculiariibus fuis conventionibus infra contentis per omnia relinquantur. In omnibus vero iis, quæ ibi non continentur, & inter hæc, quoad *§. In Diœcefianum &c. 16.* infra pofitum Conftitutionibus Imperii & huic transactioni fubiecta manento.

9. QUÆCUNQUE MONASTERIA, Collegia, Ballivias, Commendas, templa, fundationes, fcholas, hofpitalia, aliave bona ecclefiaftica mediata, ut & eorum redditus juraque, quocunqve ea nomine appellata fuerint, Auguftanæ Confefſionis Electores, Principes, Status anno milleſimo ſexcentefimo vicesimo quarto die prima Ianuarii poffederunt, eadem omnia & ſingula, five retenta ſemper, five reſtituta, five vigore huius transactionis reſtituenda, iidem poffideant, donec controverfiæ Religionis amicabili partium compoſitione univerſali definiantur, non attentis exceptionibus, five ante five poſt transactionem Paſſavienſem aut Pacem Religioſam reſormata & occupata, aut quod non de, vel in territorio Auguſtanæ Confefſionis Statuum, vel exempta vel aliis Statibus iure ſuffraganeatus, Diaconatus, aliave quavis ratione obligata fuiſſe dicuntur, unicum ſolumque huius transactionis, reſtitutionis, obſervantiæque futuræ fundamentum ſit die prima Ianuarii Anno milleſimo ſexcentefimo vigeſimo quarto habita poſſeſſio, irritis prorsus exceptionibus, quæ ex introducto alicubi exercitio interimiftico, vel anterioribus aut ſecutis pactis, generalibus aut ſpecialibus transactionibus, vel litibus motis, cauſiſve deciſis, vel etiam decretis, mandatis, Reſcriptis, paritoriiſ, reverſalibus, litipendentiis, vel aliis quibuſcunqve prætextibus & rationibus deſumi poſſent.

Ubi igitur ſupradictorum omnium bonorum, eorundem pertinentium, fruſtuumve Auguſtanæ Confefſionis Statibus aliquid, quovis modo aut prætextu, five iudicialiter five extraiudicialiter à dicto tempore interverſum aut ademptum eſt, omnino abſque mora & indiftincte (interque illa ſpecialiter etiam Monasteria, fundationes, atque bona ecclefiaftica omnia & ſingula à Principe Württembergico anno milleſimo ſexcentefimo vigeſimo quarto poſſeſſa) cum ſuis pertinentiis, redditibus & acceſſionibus ubicunqve ſitis, una cum amotis documentis in priorem ſtatum reſtituantur, nec Auguſtanæ Confefſioni addicti poſthac in habita vel recuperata poſſeſſione ullo modo turbentur, ſed ab omni perfecutione iuris & facti perpetuo tuti ſint, donec controverfiæ religionis compoſitæ fuerint.

OMNIA QUOQUE MONASTERIA, fundationes & ſodalitia mediata, quæ die prima Ianuarii anno milleſimo ſexcentefimo vicesimo quarto Catholici realiter poſſederunt, poſſideant, & ipſi ſimiliter, ut ut in Auguſtanæ Confefſionis Statuum territoriis & ditionibus ea ſita ſint, non tamen in alios Religioſorum ordines, quam quorum regulis primitus dicta ſunt, commutentur, niſi talium Religioſorum ordo plane interciderit, tunc enim Magiſtratui Catholicorum liberum eſto, ex alio in Germania

E ante

VIII.

§. 24.

Bona Eccleſiaſtica Regni Sveciæ ecclia legibus Imperii ſubiecta manent.

IX.

§. 25.

Bona Eccleſiaſtica mediata Statibus ſup. 1624. poſſeſſa, perpetuo iidem poſſideant.

Nullis plane attentis exceptionibus.

Poſſeſſio anno 1624. habita, unicum ſolumque huius rei fundamentum ſit.

Ang. Confefſ. Statibus adempta, ad illius termini ſtatum ipſis reſtituantur, nec amplius turbentur.

§. 26.

Catholici pariter poſſideant monaſteria iuxta ſtatum 1624. Ordines Religioſorum in iis non mutantur.

In mixtis le-
vis numerus
Religiosorum
& Religionis
exercitium
ad statum a.
1624. restrin-
gitur;

Itemque ius
primariarum
preces in
fundationi-
bus mediatis;
nec non
mensas papa-
les.

Aug. Confess.
adhiberi iura
in Catholicor-
um bona Ec-
cles. facta ma-
neant.

De iure devo-
lute si electio
non debite
fiat.

Oppignora-
nes Imperiales
non reluan-
tur, donec
consensu Sta-
tuum aliter
fuerit statu-
tum.

§. 27.
Oppignora-
tium à Stati-
bus Imp. invi-
cem facta-
rum relatio-
ni quando sit
locus?

De Religionis
statu in ter-
ris à pignori-
nexu libera-
tis.

ante diffidia religionis exorta, usitato ordine novos Religiosos substituere. In quibuscunque vero foundationibus, ecclesiis collegiatis, monasteriis, hospitalibus eiusmodi mediatis Catholici & Augustanae Confessioni additi promiscue vixerunt, vivant etiam post hac promiscue, numero prorsus eodem, qui die prima Ianuarii anno millesimo sexcentesimo vicesimo quarto ibidem repertus fuit; publicum etiam religionis exercitium idem maneat, quod quovis in loco dicto anno dieque usitatum fuit, absque u-
nius vel alterius partis impedimento.

In quibuscunque etiam foundationibus mediatis, anno millesimo sexcentesimo vicesimo quarto, die prima Ianuarii, Sacra Caesarea Majestas primarias preces exercuit, exerceat eas imposterum, ad modum circa bona immediata superius explicatum. Idem plane hic observetur de mensibus papalibus, quod supra de iis §o quinta dispositum est; Conferant etiam Archiepiscopi, & quibus aliis id iuris competit, beneficia mensium extraordinariorum. Quod si quoque Augustanae Confessioni additi in eiusmodi bonis ecclesiasticis mediatis dicto anno dieque à Catholicis realiter, plene vel ex parte possessis, iura praesentandi, visitandi, inspektionis, confirmandi, corrigendi, protectionis, aperturae, hospitiationis, servitorum operarum habuerunt, item parochos, praepositos ibi aluerunt, iura ista illis facta tectaue maneant.

Et si electiones debito tempore modoque non fiant praebendarum vacantium, distributio & collatio in eiusdem religionis personas, cuius decedens fuit ex iure devoluto ad eosdem pertineat, modo per hoc in istiusmodi bonis ecclesiasticis mediatis instituto Catholicae religionis nihil praerudicetur, & Magistratui Catholicorum ecclesiastico sua iura ex instituto ordinis in ipsos Religiosos competentia salva & illibata sint; quibus etiam, si electiones aut collationes praebendarum vacantium debito tempore facta non fuerint, ius devolutum salvum esto.

Quod ad oppignorationes Imperiales attinet, cum in Capitulatione Caesarea dispositum reperitur, quod electus Romanorum Imperator, Electoribus, Principibus, caeterisque Statibus immediatis Imperii, eiusmodi oppignorationes confirmare, atque illos in earundem tranquillam possessione defendere ac manutenere debeat, conventum est, hanc dispositionem, donec consensu Electorum, Principum & Statuum aliter statutum fuerit, observandam esse, atque propterea Civitati Lindau nec non Weisenburgo in Noricis reddita sorte, oppignorationes Imperiales ipsis ademptas illico & plenarie restituendas. **QUAE VERO BONA** Status Imperii sibi invicem pignoris iure ante hominis memoriam obligaverunt, in iis relutioni aliter locus non datur, nisi possessorum exceptiones & merita causarum sufficienter examinentur. Quod si bona eiusmodi durante hoc bello vel absque pravâ causa cognitione, vel non solutâ sorte, ab aliquo occupata fuerint, una cum documentis statim plenarie prioribus possessoribus reddantur, & si sententia relutioni locum concedat, inque rem iudicatam transierit, atque sorte numeratâ restitutio subsecuta fuerit, Domino quidem directo liberum esse debet in huiusmodi terras oppignoratas ad se reversas suae religionis exercitium publicè introducere, incolae tamen & subditi migrare, aut suam, quam sub priori possessore huiusmodi terrarum oppignoratarum amplexi fuerant, religionem deserere non cogantur; de publico vero suae religionis exercitio inter ipsos & reluentem Dominum directum transigatur.

NO. LIBERÆ ET IMMEDIATA IMPERII NOBILITAS, omniaque & singula eius membra, unâ cum subditis & bonis suis feudalibus & allodialibus, nisi forte in quibusdam locis ratione honorum & respectu territorii vel domicilii aliis Statibus reperiantur subiecti, vigore Pacis religioſæ & præſentis Conventionis, in iuribus Religionem concernentibus & beneficiis inde promanantibus, idem ius habeant, quod ſupradictis Electoribus, Principibus & Statibus competit, nec in iis, ſub quocunq; prætextu impediuntur aut turbentur; turbati vero omnes omnino in integrum reſtituantur.

II. LIBERÆ IMPERII CIVITATES pro ut omnes atque ſingulæ ſub appellatione Statuum imperii, non tantum in Pace religionis & præſentis eiusdem declaratione, ſed & aliâs ubique indubitate continentur, ita & ex illarum numero eæ, in quibus unica tantum religio anno milleſimo ſexcenteſimo viceſimo quarto in uſu fuit, tam ratione iuris reformandi, quam aliorum caſuum religionem concernentium in territoriis ſuis & reſpectu ſubditorum non minus ac intra muros & ſuburbia, idem cum reliquis Statibus Imperii ſuperioribus ius habeant, adeoque de iſtis generaliter diſpoſita & conventa, de his quoque dicta & intellecta ſunt, non attento, quod in iis civitatibus, in quibus præter Auguſtanæ Confeſſionis exercitium nullum aliud a Magiſtrato & civibus, iuxta morem & Statuta cuiusque loci anno milleſimo ſexcenteſimo viceſimo quarto introductum fuit, aliqui Catholicæ religioni addicti cives commorentur, vel etiam in aliquibus Capitulis, eccleſiis collegiatis, Monafteriis & Cœnobiis ibidem ſitis immediate vel mediate Imperio ſubiectis, inque eo ſtatu, qui fuit die prima Ianuarii, anno milleſimo ſexcenteſimo viceſimo quarto, deinceps quoque Clero intra prædictum terminum non introducto, & civibus Catholicis pro tempore ibi exiſtentibus tam active quam paſſive omnino relinquendis Catholicæ religionis exercitium vigeat. Ante omnia vero illæ Civitates Imperiales, quæ ſive uni, ſive utrique religioni addictæ (& inter has poſteriores cum primis Auguſta Vindelicorum, itemque Duncklſpula, Biberacum, Ravenspurgum & Kauffbeura) ab anno milleſimo ſexcenteſimo viceſimo quarto propter religionem vel bona eccleſiaſtica ante vel poſt Transactionem Paſſavienſem & infeſcutam Pacem religioſam occupata & reformata, vel alias intuitu religionis in politicis quocunq; modo ſive extra ſive iudicialiter aggravatæ ſunt, in eum ſtatum, in quo calendis Ianuarii prædicti anni milleſimi ſexcenteſimi viceſimi quarti, tam in ſacris quam in profanis fuerunt, non minus ac reliqui Status Imperii ſuperiores pleniffime reponantur, inque eo abſque ulteriore turbatione perinde atque illæ, quæ tum temporis adhuc poſſederunt, aut interea poſſeſſionem recuperarunt uſque ad amicabilem religionum compoſitionem conſerventur, neutrique partium alteram de religionis ſuæ exercitio, eccleſiæ ritibus, & cæremoniis deturbare fas ſit, ſed cives pacifice & comiter invicem cohabitent, liberumque religionis ſuæ & bonorum uſum ultrò citròque habeant, caſſatis rerum iudicatarum & tranſactarum, litispendentiarum, aliisque ſo. ſecundo & nono enumeratis exceptionibus; Salvis tamen iis, quæ politicorum ratione de Auguſta Vindelicorum, Duncklſpula, Biberaco & Ravensburgo dicto ſo. ſecundo diſpoſita ſunt.

X.
§. 28.

Nobilitas Imp. Immediata quoad Religionem, idem quod omnes Imp. Status, ius habeat.

XI.
§. 29.

Liberæ Imp. Civitates ſub Statuum Imp. appellatione continentur;

Idem cum reliquis Imp. Statibus circa religionem ius habeant;

nec mixturæ locorum iure cenſentur, propterea quorundam inhabitantium Cathol. Religionis exercitium.

Civitates Imp. ab an. 1624. intuitu Religionis gravatæ, in illius anni ſtatum pleniffime reſtituantur in eodemque conſerventur.

In mixtis Civitatibus neutri partium, alteram turbare fas ſit.

XII.

§. 30.
Iura mediato-
rum circa re-
ligionem.
Statibus Imp.
ius, ipsis ra-
tione terri-
torii, circa
religionem
competens,
impediri qui-
dem non o-
portet;

§. 31.
Catholico-
rum tamen
Statuum sub-
diti Aug. Con-
fessionis Exerci-
tium ad regu-
lam a. 1624.
cum annexis
retineant.

Quæ sint Re-
ligionis hu-
ius exercitii

annexa?

§. 32.
Turbati resti-
tuantur in
statum anni
1624.
Idemque ob-
servetur cir-
ca subditos
Catholicos; Sta-
tum Evang.

§. 33.
Pacta de Reli-
gione, obser-
vantia anni
1624. adver-
sa, annihila-
ntur.

Observantia
anni 1624. in-
star regulae
esto.

§. 30.
Iura mediato-
rum circa re-
ligionem.
Statibus Imp.
ius, ipsis ra-
tione terri-
torii, circa
religionem
competens,
impediri qui-
dem non o-
portet;

§. 31.
Catholico-
rum tamen
Statuum sub-
diti Aug. Con-
fessionis Exerci-
tium ad regu-
lam a. 1624.
cum annexis
retineant.

Quæ sint Re-
ligionis hu-
ius exercitii
annexa?

§. 32.
Turbati resti-
tuantur in
statum anni
1624.
Idemque ob-
servetur cir-
ca subditos
Catholicos; Sta-
tum Evang.

§. 33.
Pacta de Reli-
gione, obser-
vantia anni
1624. adver-
sa, annihila-
ntur.

Observantia
anni 1624. in-
star regulae
esto.

§. 30. QUANTUM DEINDE ad Comites, Barones, Nobiles, Vafallos, Civitates, fundationes, Monasteria, Commendas, Communitates & subditos Statibus Imperii immediatis, five ecclesiasticis five secularibus subiectos pertinet, cum eiusmodi Statibus immediatis cum iure territorii & superioritatis, ex communi per rotum imperium haftenus usitatâ praxi, etiam ius reformandi exercitium religionis competat, ac dudum in Pace Religionis talium Statuum subditis, si à Religione Domini territorii dissentiant, beneficium emigrandi concessum, insuper majoris concordia inter Status conservandæ causa cautum fuerit, quod nemo alienos subditos ad suam religionem pertrahere, eâve causa in defensionem aut protectionem suscipere illisve ullâ ratione patrocinari debeat, conventum est, hoc idem porro quoque ab utriusque religionis Statibus observari, nullique Statui immediati, quod ipsi ratione territorii & superioritatis in negotio religionis competit, impediri oportere. Hoc TAMEN NON OBSTANTE Statuum Catholicorum Landsassii, Vassalli & subditi, cuiuscunque generis, qui five publicum five privatum Augustanæ Confessionis Exercitium anno millesimo sexcentesimo vicesimo quarto quacunque anni parte, five certo pacto aut privilegio, five longo usu, five sola denique observantiâ dicti anni habuerunt, retineant id etiam impofterum, unâ cum annexis, quatenus illa dicto anno exercuerunt, aut exercita fuisse probare poterunt, cuiusmodi annexa habentur, Institutio Consistoriorum, Ministeriorum, tam scholasticorum quam ecclesiasticorum, ius patronatus, aliaque similia iura, nec minus maneat in possessione omnium dicto tempore in potestate eorundem constitutorum templorum, fundationum, monasteriorum, hospitalium, cum omnibus pertinentiis, redditibus & accessionibus. Et hæc omnia semper & ubique observentur, eò usque donec de religione Christiana vel universaliter, vel inter Status immediatos eorumque subditos mutuo consensu aliter conventum, nec quisquam à quocunque ullâ ratione aut via turbetur.

§. 32. TURBATI AUT QUOCUNQUE MODO destituti vero, sine ullâ exceptione in eum, quo anno millesimo sexcentesimo vigesimo quarto fuerunt, statum plenarie restituantur; idemque observetur ratione subditorum Catholicorum Augustanæ Confessionis Statuum, ubi dicto anno millesimo sexcentesimo vigesimo quarto usum & exercitium Catholicae religionis publicum aut privatum habuerunt.

§. 33. PACTA AUTEM, transactiones, conventiones aut concessiones, quæ inter tales immediatos Imperii Status, eorumque status provinciales & subditos supradictos, de publico vel etiam privato exercitio religionis introducendo, permittendo & conservando, ante hac intercesserunt, initæ & factæ sunt, eatenus ratæ & firmæ manent, quatenus observantiæ dicti anni millesimi sexcentesimi vigesimi quarti non adversantur, nec ab iisdem nisi mutuo consensu recedere liceat, non attentis sed annihilatis omnibus anni millesimi sexcentesimi vigesimi quarti observantiæ, utpote quæ instar regulæ obtineat, contrariis latis sententiis, reversaliibus, pactis, quibuscunque transactionibus: Et inter illa, quæ Episcopus Hildesienfis, & Duces Brunsvico-Lunaburgenfes de religione eiusque exercitio Statuum & subditorum episcopatus Hildesienfis nonnullis pactis anno millesimo sexcentesimo quadragesimo tertio transegerunt. Ex-

ci-

cipiantur verò à dicto termino & Catholicis reserventur novem Monasteria in Episcopatu Hildesienfi sita, quibus Duces Brunsvicenses certis conditionibus eodem anno cesserunt.

Exceptio novem monasteriorum Hildesienfium.

PLACUIT PORRÒ, ut illi Catholicorum subditi Augustanæ Confessionis addicti, ut & Catholici Augustanæ Confessionis statuum subditi, qui anno millesimo sexcentesimo vicesimo quarto publicum vel etiam privatum Religionis suæ exercitium nullâ anni parte habuerunt, nec non qui post pacem publicatam deinceps futuro tempore, diversam à Territorii Domino religionem profitebuntur & amplectentur, patienter tolerentur, & conscientiam liberam domi devotioni suæ sine inquisitione aut turbatione privatam vacare, in vicinia verò ubi & quoties voluerint publico religionis exercitio interesse, vel liberos suos exteris suæ religionis scholis aut privatis domi præceptoribus instruendos committere, non prohibeantur, sed eiusmodi Landsassii, Vasalli & Subditi in cæteris officium suum cum debito obsequio & subiectione adimpleant, nullisque turbationibus ansam præbeant. SIVE AUTEM CATHOLICI, sive Augustanæ Confessionis fuerint subditi, nullibi ob religionem despicatui habeantur, nec à mercatorum, opificum ac tribuum communione, hæreditatibus, legatis, hospitalibus, leproforiis, elemosinis, aliisque iuribus aut commerciis, multo minus publicis cæmisteriis, honore sepulturæ arceantur, aut quicquam pro exhibitione funeris à superstitiis exigatur, præter cuiusque parochialis ecclesiæ iura pro demortuis pendenda solita, sed in his & similibus pari cum concivibus iure habeantur æquali iustitiâ protectioneque tuti.

§. 34.
De Catholicorum subditis Evangelicis, qui ao. 1624. nullum religionis exercitium habuerunt; eorundemque tolerantia.

§. 35.
Nemo ob religionem despicatui habeatur, sed paria utrobique iura obtineant.

§. 36.
Religionis causa emigrantibus bonorum administratione salva maneat.

§. 37.
De termino Emigrationis & de non prægravandis emigraturis.

QUOD SI VERO subditus qui nec publicum nec privatum suæ religionis exercitium anno millesimo sexcentesimo vigesimo quarto habuit, vel etiam, qui post publicatam pacem religionem mutabit, suam sponte emigrare voluerit, aut a territorii domino iustus fuerit, liberum ei sit, aut retentis bonis aut alienatis discedere, retenta per Ministros administrare, & quoties ratio id postulat, ad res suas inspiciendas vel persequendas lites aut debita exigenda liberè & sine litteris commeatus adire. CONVENTUM AUTEM EST, ut à territoriorum dominis, illis subditis, qui neque publicum neque privatum exercitium religionis suæ dicto anno habuerunt, & tamen tempore publicatæ præsentis pacificationis in unius vel alterius religionis Statuum immediatorum ditionibus habitare deprehendantur, quibus illi etiam annumerandi erunt, qui ob calamitates bellicas evitandas, non tamen animo transferendi domicilium aliò emigrarunt, & facta pace in patriam redire volunt, terminus non minor quinquennio; illis verò, qui post pacem publicatam religionem mutant, non minor triennio, nisi tempus magis laxum & spatiosum impetrare potuerint, ad emigrandum præfigatur. Neque sive voluntarie sive coactè emigrantibus, nativitatis, ingenuitatis, manumissionis, noti opificii, honestæ vitæ testimonia denegentur, aut iidem reversalibus inusitatis, vel decimationibus substantiæ secum exportatæ plus æquo extensis, prægraventur, multo minus spontaneam suscipientibus emigrationem, servitutis aut ullo alio prætextu impedimentum inferatur.

XIII.

13. SILESII ETIAM PRINCIPES Augustanæ Confessionis addicti, Duces scilicet in Brieg, Lignitz, Munsterberg & Oels, itemque civitas Vratislaviensis in libero suorum ante bellum obtentorum iurium & privile-

§. 38.
Silesii Principes Aug. Confessionis in privileg. ius exercitio

manuteneantur.

§. 39.
Subditi in Silesia & Austria emigrandi necessitas remissa, religionis exercitium ipsis in vicinia indulgentum.

legiorum, nec non Augustanæ Confessionis exercitio, ex gratia Cæsarea & Regia ipsis concessio manutenebuntur. QUOD VERO AD COMITES, Barones, Nobiles eorumque subditos in reliquis Silesiæ ducatibus, qui immediate ad Cameram Regiam spectant, tum etiam de præsentis in Austria inferiori degentes Comites, Barones & Nobiles atinet, quamvis Cæsareæ Maiestati ius reformandi exercitium religionis non minus quam aliis regibus & principibus competat, tamen non quidem ex pacto iuxta dispositionem præcedentis versiculi: *Pacta autem &c.* sed ad interventionem Regiæ Maiestatis Sueciæ, & in gratiam intercedentium Augustanæ Confessionis Statuum permittit, ut eiusmodi Comites, Barones & Nobiles, illorumque in prædictis Silesiæ Ducatibus subditi, ob professionem Augustanæ Confessionis loco aut bonis cedere aut emigrare non teneantur; nec etiam prohibeantur dictæ Confessionis exercitium in locis vicinis extra territorium frequentare, modo in reliquis tranquillè & pacificè vivant, seque tales præsentent, quales erga suum summum Principem decet. Si vero sua sponte emigraverint, & bona sua immobilia vendere vel nolint, vel commodè non possit, liber iis aditus rerum suarum inspicendarum & curandarum causâ concessus esto.

§. 40.
In Silesia Ducatibus, subditis Evangelicis tres Ecclesie concessæ.

PRÆTER HÆC AUTEM quæ supra de dictis Silesiæ Ducatibus, qui immediate ad Cameram Regiam spectant, disposita sunt, Sacra Cæsarea Maiestas ulterius pollicetur, se illis, qui in his Ducatibus Augustanæ Confessionis addicti sunt, pro huius Confessionis exercitio, tres ecclesias propriis eorum sumptibus extra civitates Schweinitz, Iaur & Glogavium propè mœnia, locis ad hoc commodis iussu Sux Maiestatis designandis, post pacem confectam ædificandas, quam primum id postulaverint concessuram.

§. 41.
Facultas intercedendi reservata pro Evangelicis in terris hereditariis Imperatoris.

ET CUM DE MAIORI religionis libertate & exercitio in supra dictis & reliquis Cæsareæ Maiestatis & Domus Austriacæ regnis & provinciis concedendo in præsentis tractatu variè actum sit, nec tamen ob Cæsareanorum Plenipotentiarios contradictiones conveniri potuerit; Regia Maiestas Sueciæ & Augustanæ Confessionis ordines facultatem sibi reservant eo nomine in proximis Comitibus aut aliis apud Suam Cæsaream Maiestatem, pace tamen semper permanente, & exclusa omni violentiâ & hostilitate, ulterius respectivè amice interveniendi, & demissè intercedendi.

XIV.
§. 42.
Ius Reformandi a qualitate feudali non dependeat. Iura circa Religionem in feudis, ex statu a. 1624. censenda.

14. A SOLA QUALITATE FEUDALI, vel subfeudali, sive a Regno Bohemiæ, sive ab Electoribus, Principibus & Statibus Imperii, sive aliundè procedant, ius reformandi non dependet, sed feuda ista & subfeuda, nec non Vasalli, subditi & bona ecclesiastica in causis religionis, & quicquid iuris dominus feudi prætendat, introduxerit, aut sibi arrogarit ex statu anni millesimi sexcentissimi vigesimi quarti, die prima Ianuarii, perpetuo censeantur, quæ vel iudicialiter vel extra iudicialiter innovata fuerint, tollantur & in pristinum statum restituantur.

§. 43.
Iure territorii controverso, religio ad

TERRITORII IURE vel ante vel post terminum anni millesimi sexcentissimi vicesimi quarti controverso, donec super possessorio & pætorio cognoscatur & decidatur, possessori præfati anni idem ius esto, quan-

quantum equidem ad publicum exercitium attinet, subditi verò propter mutata[m] interim Religionem pendente territorii controversia migrare non cogantur. In iis locis, ubi Catholici, & Augustanæ Confessionis Status ex æquo iure superioritatis fruuntur, tam ratione publici exercitii, quam aliarum rerum religionem concernentium idem status maneat, qui fuit anno dieque supradictis.

statum anni 1624. restimanda.
Idem status maneat in locis condominii.

§. 44. SOLA CRIMINALIS JURISDICTIO Cent-Gericht, solumque ius gladii & retentionis, patronatus, filialitatis, neque coniunctim neque divisim, ius reformandi tribuunt. Quæ itaque hoc colore reformationes hucusque irreperunt pactisve intrusa sunt, cassantur, gravati restituuntur & imposterum ab eiusmodi penitus abstinetur.

§. 44. Jurisdicção Criminali, aliisque similia, ius reformandi non tribuunt.

15. RATIONE REDITUM cuiuscunque generis ad bona ecclesiastica eorumque possessores pertinentium, ante omnia observetur id quod in Pace religionis §. Dagegen sollen die Stände der Aupsurgischer Confession &c. & §. Alsdann auch denen Ständen der alten religion &c. dispositum invenitur.

XV.
§. 45. Circa reditus Ecclesiasticos observetur Pax Religiosa.

ILLI VERO REDITUS, census, decimæ, pensiones, quæ vigore iam dictæ pacis religionis Statibus Augustanæ confessionis ob immediatas vel mediatas fundaciones ecclesiasticas ante vel post pacem religiosam acquisitas, è Catholicorum provinciis debentur, quorumque in possessione, vel quasi percipiendi anno millesimo sexcentesimo vigesimo quarto die prima Ianuarii fuerunt, absque ulla exceptione solvantur. Si alicubi etiam Augustanæ Confessionis Status quædam protectionis advocatiæ, a-perturæ, hospitationis, operarum, aut alia iura in Catholicorum Ecclesiasticorum ditionibus & bonis, sive intra sive extra territorium sitis, legitimo usu aut concessione habuerunt, quemadmodum etiam Catholici Status, si quid eiusmodi ipsis circa bona ecclesiastica Augustanæ Confessionis Statibus acquisita competit, omnes ex æquo iura sua pristina retineant, ita tamen ut nè per usum eiusmodi iurium, bonorum ecclesiasticorum reditus, nimium prægraventur & exhauriantur.

§. 46. Reditus e Catholicorum provinciis a.o. 1624. Evangelicis præstiti, porro quoque præstentur, Iuraque in bonis ecclesiasticis rite quæsitæ, utrinque retineantur.

REDITUS ETIAM nec non decimæ, canones & pensiones Augustanæ Confessionis Statibus, fundacionibus iam destructis & collapsis ex alienis territoriis debitæ, iis exsolvantur, qui anno millesimo sexcentesimo vigesimo quarto die prima Ianuarii in possessione perceptionis vel quasi fuerunt, quæ vero ab anno millesimo sexcentesimo vigesimo quarto destructæ fuerunt, aut in futurum concident, earum pensiones etiam in alienis territoriis domino destructi Monasterii seu loci, in quo id situm fuit exsolvantur.

§. 47. Decima &c. ex fundationibus iam destructis, ad statum anni 1624. præstantur: ex posthac destructis Domino Monasterii debentur.

Quæ itidem fundaciones die prima Ianuarii anni millesimi sexcentesimo vigesimo quarti in possessione vel quasi iuris decimandi è bonis novalibus in alieno territorio fuerunt, sint etiam imposterum, nihil autem novi iuris quæratur. Inter ceteros Status Imperii & subditos id iuris esto, quod ius commune, vel cuiusque loci consuetudo & observantia de decimis ex bonis novalibus constituunt, aut per pactiones voluntarias conventum est.

Decima novalis in alieno territorio, fundacionibus ex statu anni 1624. præstentur.

XVI.

§. 48.

*Ius diocesanum & iurisdictionem Eccl. in Aug. Confessionis confor-tes, suspen-
sionem.*

16. IUS DIOCESANUM & tota iurisdiction ecclesiastica cum omnibus suis speciebus contra Augustanæ Confessionis Electores, Principes, Status (comprehensa libera Imperii Nobilitate) eorumque subditos, tam inter Catholicos & Augustanæ Confessionis addictos, quam inter ipsos solos Augustanæ Confessionis Status usque ad compositionem Christianam diffidii religionis suspensa esto, & intra terminos territorii cuiusque ius Diocesanum & iurisdiction ecclesiastica se contineat: Ad consequendos tamen redditus, census, decimas & pensiones in iis Augustanæ Confessionis Statuum ditionibus, ubi Catholici anno millesimo sexcentesimo vigesimo quarto, notoriè in possessione vel quasi exercitii iurisdictionis ecclesiasticæ fuerunt, utantur eadem post hac quoque, sed non nisi in exigendis hisce pensionibus, nec procedatur ad excommunicationem, nisi post tertiam demum denunciationem.

Catholicorum subditi Evangelici iurisdictionem Eccl. ad a. 1624. statum agnoscent.

et vicissim Evangelicorum subditi Catholicis.

§. 49.
De Civitatibus Imp. mixte religionis.

Catholicorum Augustanæ Confessionis addicti status provinciales & subditi, qui anno millesimo sexcentesimo vigesimo quarto ecclesiasticam iurisdictionem agnoverunt, in iis casibus, modo dictæ iurisdictioni subsint, qui Augustanam Confessionem nullatenus concernunt, modo ipsis occasione processus nihil iniungatur, Augustanæ Confessionis vel Conscientiæ repugnans: Eodem etiam iure Augustanæ Confessionis Magistratum Catholici subditi censeantur, inque hos, qui anno millesimo sexcentesimo vigesimo quarto publicum religionis Catholicæ exercitium habuerunt, ius diocesanum, quatenus Episcopi illud dicto anno quietè in eos exercuerunt, salvum esto. IN QUIBUS CIVITATIBUS VERO Imperii mixtæ religionis exercitium in usu est, Catholicis Episcopis contra cives Augustanæ Confessionis nulla fit iurisdiction, at Catholici iuxta observantiam dicti anni millesimi sexcentesimi vigesimi quarti suo iure experiantur.

XVII.

§. 50.

*Nemo in Instrumentum Pacis, scriptis vel dictis audeat impug-
nare.
Dubia circa illud ad Comitium deferantur.*

17. UTRIUSQUE RELIGIONIS MAGISTRATUS severè & rigorosè prohibeat, ne quisquam publice privatimve concionando, docendo, disputando, scribendo, consulendo Transactionem Passaviensem, Pacem religiosam vel hanc imprimis sive declarationem, sive transactionem uspiam impugnet, dubiam faciat, aut assertiones contrarias inde deducere conetur. Quicquid etiam contrarii hæstentis vel editum vel promulgatum publicatumve fuerat, irritum esto; sed si dubii quid, hinc aut aliunde incidat, aut ex causis pacem religiosam aut hanc transactionem tangentibus resultet, de eo in Comitii vel aliis Imperii Conventibus inter utriusque religionis proceres non nisi amicabili ratione transigatur.

XVIII.

§. 51.

De Conventibus & numero Deputatorum Imperii.

18. IN CONVENTIBUS DEPUTATORUM Imperii ordinariis numerus ex utriusque religionis proceribus æquetur, de personis autem vel Statibus Imperii adiungendis in Comitii proximis statuatur. In horum conventibus, itemque Comitii universalibus, sive ex uno, sive duobus aut tribus Imperii Collegiis quæcunque occasione aut ad quæcunque negotia deputandi veniant, æquetur deputatorum numerus ex utriusque religionis proceribus. Ubi extraordinariis Commissionibus negotia in Imperio expedienda occurrunt, si res inter Augustanæ Confessionis Status versatur, soli eidem religioni addicti deputentur; si inter Catholicos, soli Catholici, si inter Catholicos & Augustanæ Confessionis status utriusque religionis pari numero Commissarii denominentur & ordinentur. Placuit etiam, ut Commissarii quidem res à se gestas referant, & vota subiungant, instar tamen sententiæ nihil definiant.

De officio & potestate Commissariorum.

19. IN CAUSIS RELIGIONIS omnibusque aliis negotiis, ubi Status tanquam unum corpus considerari nequeunt, ut etiam Catholicis & Augustanæ Confessionis Statibus in duas partes euntibus, sola amicabile composio lites dirimat, non attenda votorum pluralitate. Quod vero ad pluralitatem votorum in materia collectarum attinet, cum res hæc in præfenti Congressu decidi non potuerit, ad proxima Comitia remissa esto.

XIX.

§. 52.

Pluralitas votorum in Causis religionis &c. non attendatur.

20. PRÆTEREA CUM ob enatas ex præfenti bello mutationes & alias causas de iudicio Camerae Imperialis, ad alium universis Imperii Statibus commodiorem locum transferendo, & Iudicem, Præsides, Assessores & quoscunque Iustitiæ ministros pares numero, utriusque religionis præfentando, sicut etiam de reliquis ad iudicium Camerale spectantibus quædam in medium allata fuerint, sed in præfenti congressu ob negotii gravitatem non tam plenè expediri queant, in proxime indicendis Comitibus de his omnibus agi & conveniri, deliberationesque de reformatione iustitiæ in deputatorum imperii conventu Francofurtensi habitæ, effectum dari, & si quæ in his desiderari videntur, suppleri & emendari debere, conventum est. Ne tamen res hæc prorsus in incerto maneat, placuit præter iudicem & quatuor Præsides, & quidem duos horum ex Augustana Confessione à sola Cæsareâ Maiestate constituendos, numerum Assessorum Cameraalium ad quinquaginta in universum adaugeri, ita ut Catholici, computatis duobus Assessoribus Imperatoris præfentationi reservatis, viginti sex, Augustanæ Confessionis Status, viginti quatuor Assellores præfentare possint & teneantur, atque ex singulis circulis mixtæ religionis non tantum duos Catholicos, sed etiam binos Augustanæ Confessione addictos assumere & eligere fas sit. Cæteris ad iudicium Camerale pertinentibus, ut dictum est, ad proxima comitia reiectis. AC PROINDE CIRCULI de præfentandis mature in locum demortuorum novis ad Camerale iudicium Assessoribus secundum schema subsequens admo- neantur. Catholicis etiam suo tempore de ordine præfentandi conveni- ent, Cæsareaque Maieestas mandabit, ut non solum in isto iudicio Cameraali causæ ecclesiasticæ, ut & politicæ inter Catholicos & Augustanæ Confessionis Status, vel inter hos solos vertentes, vel etiam quando Catholicis contra Catholicos Status litigantibus tertius interveniens Augustanæ Confessionis Status erit, & vicissim quando Augustanæ Confessionis Status contra eiusdem Confessionis Status litigantibus, tertius interveniens erit Catholicus, adlectis ex utrâque religione pari numero Assessoribus discutiantur & iudicentur: Sed idem etiam in iudicio Aulico observetur, huicque fini aliquot Augustanæ Confessionis doctos & rerum Imperii peritos viros, ex iis Imperii Circulis, ubi vel sola Augustana Confessio vel simul etiam Catholica viget religio, adsciscat, eo quidem numero, ut eveniente casu paritas iudicantium ex utrâque religione Assessorum observari possit. Idem etiam quoad paritatem Assessorum observetur, quoties Augustanæ Confessionis Status immediatus à mediato Catholico, vel immediatus Catholicus à mediato Augustanæ Confessionis Statu iudicio convenitur.

XX.

§. 53.

De rebus ad iudicium Camerale spectantibus.

Numerus Assessorum ad 50. augendus.

§. 54.

Quando ex utraque religione Assellores pari numero legendi sint, tam in Camera,

Quam in iudicio Imp. Aulico.

§. 55.

In iudicio Aulico, quoad processum, servetur Ordinatio Cameraalis.

QUOAD PROCESSUM iudicarium, ordinatio Camerae Imperialis etiam in Iudicio aulico servabitur per omnia, tum ut nè partes ibidem litigantes omni remedio suspensivo destituantur, loco revisionis in Camera usitatæ licitum esto, parti gravatæ a sententia in Iudicio aulico lata

Loco revisio-
nis, obtine-
at ibi Suppli-
catio.

ad Cæsaream Maiestatem supplicare, ut acta iudicialia denuò adhibitis aliis gravitati negotii paribus, neutrique partium addictis, ex utràque religione æquali numero Consiliariis, & qui concipiendæ & ferendæ priori sententiæ non interfuerint, aut certè referentium & correferentium partes non sustinuerint, revideantur, liberumque sit Suxæ Maiestati in causis maioribus & undè tumultus in Imperio timeri possent, insuper etiam quorundam utriusque religionis Electorum & Principum sententias & vota requirere.

§. 56.

Visitatio Con-
siliæ Aulicæ à
Moguntino
fiat.
Quando eau-
se iudiciales
ad Comitium
remittendæ?

Quæ remissio
autem in cau-
sis mediato-
rum cessat.

Iura Austrega-
rum &c. Sta-
tibus illibata
sunt.

Curia Rottvil-
ensis abolitio
ad Comitium
remissa.

§. 57.

Schema Pre-
sentationis As-
sessorum Aug.
Conf.

VISITATIO CONSILII AULICI fiat ab Electore Moguntino toties quoties opus fuerit, observatis iis, quæ in proximis Comitibus de communi Statuum placito observanda esse videbuntur: Si quæ vero dubia circa interpretationem constitutionum ac recessuum Imperii publicorum occurrunt, aut in diiudicandis causis ecclesiasticis vel politicis inter partes supra expressas vertentibus, ex paritate Assessorum utriusque religionis, postquam in pleno etiam Senatu, pari tamen semper utrinque iudicantium numero, examinata fuerint, contrariæ oriatur sententiæ, Catholicis quidem in unam, Augustanæ vero Confessionis Assessoribus in aliam abeuntibus, remittuntur ad Comitium Imperii Universalium; sin autem duo pluresve Catholici cum uno aut altero Augustanæ Confessionis Assessore, & vicissim unam, reliqui vero totidem numero, quamvis religione dispares, alteram amplexi fuerint sententiam, indeque contrarietas oriatur, hoc casu iuxta ordinationem Camerae terminabitur, ulteriori remissione ad Comitium cessante: & hæc omnia in causis Statuum comprehensa immediata Imperii nobilitate, sive Actores illi, sive rei, sive intervenientes fuerint, observentur. Si vero inter mediatos vel Actor vel reus, vel tertius interveniens fuerit Augustanæ Confessionis, & paritatem iudicantium ex utriusque religionis Assessoribus postulaverit, adhibeantur pares. Eveniente autem tunc votorum paritate, cesset remissio ad Comitium, & lis iuxta ordinationem Camerae terminetur. Cætera in aulico, non minus quam in Camerae imperialis iudicio privilegium primæ instantiæ, austregarum iura & privilegia de non appellando Statibus Imperii illibata sunt, nec per mandata aut commissiones, aut avocationes, aut quovis alio modo turbantur.

Denique cum etiam de abolendis curia Imperiali Rottvilæ, iudiciis provincialibus Sueviæ, & aliis hinc inde per Imperium hæctenus usitatis mentio iniecta fuerit, resque hæc gravioris visa sit momenti, de his quoque ulterior deliberatio ad proxima Comitium remissa esto.

ASSESSORES AUGUSTANÆ CONFESSIOIS præsententur ab

Electore { Saxonico
Brandenburgico } 6
Palatino

Circulo { Superioris Saxonix - - 4 } i. alternando per hos
Inferioris Saxonix - - 4 } duos Circulos.

Circuli { Franconici Statibus Aug^æ Conf^{is} 2 } i. alternando
Suevici - - - - - 2 } per hos qua-
Superioris Rhenani - - - 2 } tuor circu-
Westphalici - - - - - 2 } los.

Et

CÆSAREO-SUEVICUM. ART. V. §. 56-78. ART. VI. VII. XXVII

ET QUAMVIS sub schemate nulla fiat mentio Statuum Imperii Augustanæ Confessionis, qui sub Circulo Bavarico comprehenduntur, nihil tamen ex eo ipsis præiudicetur, sed salva maneant horum iura, privilegia & libertates.

§. 58.
Statuum A. C.
sub Circulo Ba-
var. iura sal-
va sint.

ARTICULUS VI.

CUM ITEM CÆSAREA MAIESTAS ad querelas nomine Civitatis Basiliensis & universæ Helvetiæ coram ipsius Plenipotentariis ad præsentem Congressum Deputatis, propositas super nonnullis processibus & mandatis executivis, à Camera Imperiali contra dictam civitatem aliosque Helvetiorum unitos Cantones eorumque Cives & subditos emanatis requisitâ ordinum Imperii sententia & Consilio singulari decreto, die decimâ quartâ Mensis Maii, anno proxime præterito declaraverit, prædictam Civitatem Basileam ceterosque Helvetiorum Cantones in possessione vel quasi plenæ libertatis & exemptionis ab Imperio esse, ac nullatenus eiusdem Imperii Dicasteriis & iudiciis subiectos, placuit hoc idem publicæ huic pacificationis Conventioni inferere, ratumque & firmum manere, atque idecirco eiusmodi processus una cum arrestis eorum occasione quodocunque decretis prorsus cassos & irritos esse debere.

ART. VI.
De exemptione
Civit. Basile-
nsis & Helve-
tiorum à Iur-
isdictione
Imperii.

ARTICULUS VII.

UNANIMI QUOQUE Cæsareæ Maiestatis omniumque Ordinum Imperii consensu placuit, ut quicquid iuris aut beneficii cum omnes aliæ Constitutiones Imperii, tum pax religionis & publica hæc transactio, in eaque decisio gravaminum cæteris Catholicis, & Augustanæ Confessionis additis Statibus & subditis tribuunt, id etiam iis, qui inter illos Reformati vocantur, competere debeat, salvistamen semper Statuum, qui Protestantes nuncupantur, inter se & cum subditis suis conventis pactis, privilegiis, reversalibus, & dispositionibus aliis, quibus de religione eiusque exercitio, & inde dependentibus cuiusque loci Statibus & subditis huc usque provisum est, salva itidem cuiusque conscientiæ libertate. Quoniam vero controversiæ religionis, quæ inter modo dictos protestantes vertuntur, hæctenus non fuerunt compositæ, sed ulteriori compositioni reservatæ sunt, adeoque illi duas partes constituent, ideò de iure reformandi inter utramque ita conventum est, ut si aliquis princeps, vel alius territorii dominus, vel alicuius ecclesiæ patronus posthac ad alterius partis sacra transferit, aut principatum aut ditionem, ubi alterius partis sacra, exercitio publico de præsentem vigent, seu iure successionis, seu vigore præsentis Tractatus pacis, aliòve quocunque titulo nactus fuerit, aut recuperarit, ipsi quidem Concionatores aulicos suæ Confessionis citra subditorum onus aut præiudicium secum, atque in Residentiâ sua habere liceat, at fas ei non sit vel publicum Religionis exercitium, leges aut Constitutiones ecclesiasticas hæctenus ibi receptas immutare, vel templa, scholas, hospitalia, aut eò pertinentes redditus, pensiones, stipendia, prioribus adimere, suorumque sacrorum hominibus applicare, vel iuris territorialis, episcopalis, patronatus, aliòve quocunque prætextu subditis, ministros alterius Confessionis obtrudere, ullumve aliud impedimentum aut præiudicium directè vel indirectè alterius sacris asserre. Et ut hæc Conventio eò firmiter ob-

ART. VII.
§. I.
Reformatis æ-
qualia circa
religionem &
reliqua, cum
cæteris Stati-
bus & subdi-
tis, iura tri-
buuntur.
Salvis pactis
Protestanti-
um inter se
& cum subdi-
tis suis.
De iure Reforma-
ntium Prote-
stantium in-
ter se invi-
cem, restri-
cto.



Quid iuris
competat sub-
ditis in casum
mutate religi-
onis domini.

fervetur, liceat hoc mutationis casu ipsis communitatibus præsentare, vel quæ præsentandi ius non habent, nominare idoneas scholarum & ecclesi- arum Ministros à publico loci Consistorio & Ministerio, si eiusdem cum præsentantibus vel nominantibus Communitatibus sunt religionis, vel hoc deficiente eo loco, quem ipsæ Communitates elegerint examinandos & ordinandos, atque à principe vel domino postea sine recufatione confirmandos.

§. 2.
Quid iuris, si
pars Commu-
nitatis domi-
ni religio-
nem noviter
amplectatur?

Clausula sal-
vatoria pro
Principibus
Anhaltinis.

Præter 3. Re-
ligiones, nul-
la alia recipi-
atur.

SI VERO ALIQUA communitas eveniente mutationis casu domini sui religionem amplexa petierit, suo sumptu exercitium, cui princeps vel dominus addictus est, liberum esto sine reliquorum præiudicio ei il- lud indulgere à successoribus non auferendum. At consistoriales sacro- rum visitatores, Professores scholarum & Academiarum, Theologiæ & Philosophiæ, non nisi eidem religioni addicti sint, quæ hoc tempore quo- libet in loco publice recepta est. Sicut autem supradicta omnia de mu- tationibus futuris intelligenda sunt, ita iuribus Principum Anhaltino- rum & similibus, quæ ipsis competunt, nullum adferant præiudi- cium.

Sed præter religiones supra nominatas, nulla alia in sacro imperio Romano recipiatur vel toleretur.

ART. VIII.

ARTICULUS VIII.

§. 1.
Quoad statum
Politi-
cum, Status
Imp. in pos-
sessione iurium
suerum con-
firmantur.

§. 2.
De iure Suffra-
gii Statuum
Imp. in Co-
mitiis, circa
negotia publi-
ca.

De iure Fœde-
rum Statuum
Imp.

§. 3.
De Comitiiis
Imperii ha-
bendis, & de
proximorum
Comitiarum
electio.

UT AUTEM provisum sit, ne post hæc in statu politico controversiæ suboriantur, omnes & singuli Electores, Principes & Status Imperii Ro- mani in antiquis suis iuribus, prærogativis, libertate, privilegiis, libe- ro iuris territorialis tam in ecclesiasticis quam politicis exercitio, ditioni- bus, regalibus, horumque omnium possessione, vigore huius transacti- onis, ita stabiliti firmitaque sunt, ut à nullo unquam sub quocunque prætextu, de facto turbari possint vel debeant.

GAUDEANT sine contradictione iure suffragii in omnibus delibe- rationibus super negotiis Imperii, præsertim ubi leges ferendæ, vel in- terpretandæ, bellum decernendum, tributa indicenda, delectus aut ho- spitationes militum instituendæ, nova munimenta intra statuum ditiones extruenda nomine publico, veteravè firmanda præsiidiis, nec non ubi pax aut fœdera faciendæ, aliavè eiusmodi negotia peragenda fuerint, ni- hil horum aut quicquam simile posthac unquam fiat vel admittatur, nisi de Comitiali libereque omnium Imperii Statuum suffragio & consensu. Cum primis vero ius faciendi inter se & cum exteris fœdera, pro sua cuius- que conservatione ac securitate, singulis Statibus perpetuò liberum esto, ita tamen ne eiusmodi fœdera sint contra Imperatorem & Imperium, pa- cemque eius publicam, vel hanc imprimis transactionem, fiantque sal- vo per omnia iuramento, quo quisque Imperatori & Imperio obstri- ctus est.

HABEANTUR AUTEM COMITIA Imperii intra sex menses à da- to ratificatæ pacis, postea vero quoties id publica utilitas aut necessitas postulaverit. In proximis vero Comitiiis emendentur imprimis anterio- rum Conventuum defectus, ac tunc quoque de electione Romanorum Re-

Regum certâ constantique Cæsareâ Capitulatione concipiendâ, de modo & ordine in declarando uno vel altero Statu in bannum Imperii, præter eum, qui alias in constitutionibus Imperii descriptus est, tenendo, redintegrandis circulis, renovandâ matriculâ, reducendis Statibus exemptis, moderatione & remissione Imperii collectarum, reformatione politiæ & iustitiæ, taxæ sportularum in iudicio camerali, ordinariis deputatis ad modum & utilitatem Reipublicæ rite formandis, legitimo munere Directorum in Imperii Collegiis & similibus negotiis, quæ hic expediti nequiverant, ex communi Statuum consensu agatur & statuat.

TAM IN UNIVERSALIBUS VERO, quàm particularibus diætiis, liberis Imperii Civitatibus, non minus quàm cæteris Statibus Imperii competat votum decisivum, iisque rata & intacta maneant regalia, vectigalia, redditus annui, libertates, privilegia confiscandi, collectandi & inde dependentia, aliaque iura ab Imperatore & Imperio legitime impetrata, vel longo usu ante hos motus obtenta, possessa & exercita, cum omnimoda iurisdictione intra muros & in territorio, cassatis, annullatis, & in futurum prohibitis iis, quæ per repressalias, arresta, viarum occlusiones & alios actus præiudiciales, sive durante bello quocunque prætextu, in contrarium facta & propria autoritate huc usque attentata sunt, sive dehinc, nullo præcedente legitimo iuris & executionis ordine, fieri attentarive poterunt. De cætero omnes laudabiles consuetudines & sacri Romani Imperii constitutiones & leges fundamentales imposterum religiose serventur, sublatis omnibus, quæ bellicorum temporum iniuria irreperant, confusionibus.

§. 4.
De voto Com-
tiali decisivo
Liberarum
Imp. Civita-
tum, carua-
demque Lu-
ribus.

De religiose
servandis Im-
perii legibus,
monitum.

DE INDAGANDA aliqua ratione & modo æquitati conveniente, qui persecutiones actionum contra debitores, ob bellicas calamitates fortunis lapsos, aut nimio usurarum cursu aggravatos moderate terminari, indeque nascituris maioribus incommodis, etiam tranquillitati publicæ noxiis obviam iri possit, Cæsarea Maiestas curabit exquiri tam iudicii aulici, quàm Cameralis vota & consilia, quæ in futuris Comitibus proponi & in constitutionem certam redigi possint, intereâ tamen temporis in huiusmodi causis ad iudicia cum summa Imperii tum singularia Statuum delatis circumstantiæ à partibus allegatæ bene ponderentur, ac nemo executionibus immoderatis prægravetur; sed hæc omnia Holsatiæ constitutione salva & illæsa.

§. 5.
Quatenus
contra debito-
res bello la-
psos proced-
endum sit.

Limitatio in-
tuitu Holsatiæ.

ARTICULUS VIII.

ART. VIII.

ET QUIA PUBLICE INTEREST, ut facta pace Commercia vicissim reflorescant, ideo conventum est, ut quæ eorum præiudicio & contra utilitatem publicam hinc inde per Imperium belli occasione noviter propriâ autoritate contra iura, privilegia, & sine consensu Imperatoris atque Electorum Imperii invecita sunt, vectigalia & telonia, ut & abusus Bullæ Brabantinæ, indeque natæ repressaliæ & arresta, cum inductis peregrinis certificationibus, exactionibus, detentionibus, itemque immoderata postarum, omniaque alia inusitata onera & impedimenta, quibus commerciorum & navigationis usus deterior redditus est, penitus tollantur, & provinciis, portibus, fluminibus quibuscunque sua pristina securi-

§. 1.
De Commer-
ciis in pristi-
nam liberta-
tem restituen-
dis.

H

curi-

curitas, iurisdictio & usus, prout ante hos motus bellicos à pluribus retro annis fuit, restituantur & inviolabiliter conserventur.

§. 2.
De teloniis legitimis, in primis Oldenburgensi, conservandis.

Amnestia intuitu Commerciorum indulgetur.

TERRITORIUM, quæ flumina alluunt, & aliorum quorumcunque iuribus ac privilegiis, ut & teloniis ab Imperatore de consensu Electorum cum aliis tum etiam Comiti Oldenburgensi in Wisurgi concessis, aut usu diuturno introductis, in pleno suo vigore manentibus & executioni mandandis, tum ut plena sit commerciorum libertas & transitus ubique locorum terræ marique tutus, adeoque ea omnibus & singulis utriusque partis fœderatorum Vasallis, subditis, clientibus & incolis, eundi, negotiandi, redeundique potestas data sit, virtuteque præsentium concessa intelligatur, quæ unicuique ante Germaniæ motus passim competeat, quos etiam Magistratus utrinque, contra iniustas oppressiones & violentias instar propriorum subditorum defendere ac protegere teneantur; hæc conventionem, ut & iure legeque cuiusque loci per omnia salvis.

ART. X.

ARTICVLVS X.

§. 1.
De satisfactioe Suecicæ.

PORRO QUONIAM Serenissima Regina Sueciæ postulaverat, ut sibi pro locorum hoc bello occupatorum restitutione satisfieret, paciæ publicæ in Imperio restaurandæ condignè prospiceretur, idcò Casarea Maiestas de consensu Electorum, Principum & Statuum Imperii, cum primis interessatorum, vigoreque præsentis transactionis concedit eidem Serenissimæ Regiæ & futuris eius hæredibus ac successoribus Regibus Regnoque Sueciæ sequentes ditiones pleno iure in perpetuum & immediatum Imperii feudum.

§. 2.
Cessio Pomeraniæ Citerioris & Rugiæ Insulæ.

PRIMO TOTAM POMERANIAM citeriorem, vulgò Vor-Pommern dictam, una cum insulâ Rugiâ, iis finibus contentas, quibus sub ultimis Pomeraniæ Ducibus descriptæ fuerant. Ad hæc è Pomerania ulteriori Stettinum, Gartz, Dam, Golnaw & Insulam Wollin, unâ cum interlabente Oderâ & Mari, vulgò das frische Haff vocato, suisque tribus ostiis Peine, Schweine & Diemenau, atque adiacente utrinque terrâ ab initio territorii regii usque in mare Balticum eâ latitudine littoris orientalis, de qua inter Regios & Electorales Commissarios circa exactiorem limitum & cæterorum minorum definitionem amicabiliter convenietur.

§. 3.
In feudum Imperii hereditarium.

HUNC DUCATUM POMERANIÆ, Rugiæque Principatum una cum ditionibus locisque annexis, omnibusque & singulis ad ea pertinentibus territoriis, præfecturis, urbibus, castellis, oppidis, vicis, pagis, hominibus, feudis, fluminibus, insulis, lacubus, littoribus, portubus, stationibus, antiquis vectigalibus & redditibus, & quibuscunque aliis ecclesiasticis & secularibus bonis, nec non titulis, dignitatibus, præeminentiis, immunitatibus & prærogativis, ceterisque omnibus ac singulis ecclesiasticis & secularibus iuribus ac privilegiis, quibus antecessores Pomeraniæ Duces ea habuerant, incoluerant & rexerant, Regia Maiestas Regnumque Sueciæ ab hoc die in perpetuum pro hereditario feudo habeat, possideat, iisque liberè utatur & inviolabiliter fruatur.

Quic-

QUICQUID ETIAM IURIS in collatione Prælaturarum & Præbendarum Capituli Caminensis antehac habuerunt Duces Pomeraniæ Citerioris, habeat impofterum Regia Maiestas Regnumque Sueciæ perpetuo, cum potestate eas extinguendi, reditusque menfæ Ducali, post moderatorum Canonicorum & Capitularium decessum applicandi. Quicquid autem ulterioris Pomeraniæ Ducibus competierat, competat Domino Electori Brandenburgico, unâ cum integro Episcopatu Caminensi, eiusque territoriis, iuribus & dignitatibus, prout infra pluribus explicatur. Titulis & insigniis Pomeraniæ tam Regia Domus, quam Brandenburgica promiscuè utantur, more inter priores Pomeraniæ Duces usitato: Regia quidem perpetuò, Brandenburgica vero quàm diu ullus è linea masculina superfuerit, absque tamen Rugiæ Principatu, omni- que alia præensione ullius iuris in loca Regno Sueciæ cessa. Deficiente vero linea masculina Domus Brandenburgicæ omnes præter Sueciam alii titulis & insigniis Pomeranicis abstinebunt. Atque tunc quoque ulterior Pomerania tota cum citeriori Pomerania, totoque Episcopatu & integro Capitulo Caminensi, adeoque omnibus antecessorum iuribus & expectantiis consolidata ad solos Reges Regnumque Sueciæ perpetuò pertinebunt, spe interim successione & investiturâ simultaneâ gavifuros, ita ut etiam ordinibus subditisque dictorum locorum pro homagii præstatione solito more caveant.

§. 4.
Quid iuris in Episcopatum Caminensem competat Sueco & Brandenburgico.

Extincta linea mascul. Brandenburg. pertineat ad Suecum Pomeraniæ & Ep. Caminens.

DOMINUS ELECTOR BRANDENBURGICUS, cæterique omnes interessati exsolvunt ordines, officiales, & subditos singulorum supradictorum locorum vinculis & sacramentis, quibus hucusque sibi suisque domibus obstricti fuerant, eosque ad homagium & obsequia Regiæ Maiestati Regnoque Sueciæ more solito præstandum remittunt; atque ita Sueciam in plenâ iustâque eorum possessione constituunt, renunciantes omnibus in ea præensionibus, ex nunc in perpetuum; idque pro se suisque posteris peculiari diplomate hic confirmabunt.

§. 5.
Renunciatio Brandenburgici Electoris in ditiones cessas.

SECUNDO, IMPERATOR de consensu totius Imperii concedit etiam Serenissimæ Regiæ eiusque hæredibus ac successoribus Regibus Renoque Sueciæ in perpetuum & immediatum Imperii feudum Civitatem Portumque Wismariensem, una cum fortalitio Wallfisch & præfecturis Poël (exceptis pagis Seedorff, Weitendorff, Brandenhäusen & Wangern, ad hospitale S. Spiritus in urbe Lubeca pertinentibus,) & Neuencloster, omnibus iuribus & appertinentiis, quibus ea Duces Megapolitani hucusque habuerant: ita ut dicta loca totusque portus cum terris utriusque lateris ab urbe in mare Balthicum liberæ dispositioni Sæ Maiestatis subfit; possitque ea munimentis & præfidiis, pro libitu & exigentia circumstantiarum, suis tamen propriis sumptibus, firmare, ibique semper pro suis navibus classeeque tutum securumque receptum ac stationem habere, iisque de cætero uti fruique eo iure, quod ipsi in cætera sua Imperialia feuda competit: ita tamen ut Civitati Wismariensi privilegia sua sint salva, eiusque commercia protectione favoreque Regio omni meliori modo promoveantur.

§. 6.
Wismaria in feudum perpetuum Sueciæ cessa.

TERTIO, IMPERATOR de consensu totius Imperii concedit etiam vigore præsentis Transactionis Serenissimæ Regiæ, eiusque hæredibus ac successoribus Regibus, Regnoque Sueciæ Archiepiscopatum Bremensem & Episcopatum Verdensensem, cum oppido & præfectura Wilshufen,

§. 7.
Itemque Archiebi- & Episcopatus Bremensis & Verdensis.

omnique iure, quod ultimis Archiepiscopis Bremensibus competierat in Capitulum & Diœcesin Hamburgensem (salvis tamen Domui Holfaticæ, ut & Civitati Capituloque Hamburgensi suis respective Iuribus, Privilegiis, libertate, pactis & possessione statuque præsentis per omnia, ita ut quatuordecim illi pagi in præfecturis Holfaticis Tritoviensi & Reinbeccensi, pro moderno annuo Canone, Domino Friderico Duci Holfatiæ Gottorpiensi & illius posteris in perpetuum maneat) cum omnibus & singulis ad eos pertinentibus, ubicunque sita sunt, ecclesiasticis & secularibus bonis & iuribus, quocunque nomine vocatis, terrâ marique, in perpetuum & immediatum Imperii feudum; sub solitis quidem Insigniis, sed titulo Ducatus; cessante Capitulorum caterorumque Collegiorum Ecclesiasticorum eligendi & postulandi, omnique alio iure, administratione & gubernatione terrarum ad hos Ducatus pertinentium.

Sub titulo
Ducatus.

§. 8.
De Civitate
Bremensi iuribus.

CIVITATI VERO BREMENSI eiusque territorio & subditis præfens suus status, libertas, iura & privilegia in ecclesiasticis & politicis sine impetitione relinquuntur; si quæ autem ipsi cum Episcopatu seu Ducatu aut Capitulis sint, aut imposterum enascantur controversiæ, eæ vel componantur amicabiliter, vel iure terminentur, salvâ interim cuique parti suâ, quam obtinet, possessione.

§. 9.
De Voto Comitiali Sueci.

QUARTO, RATIONE SUPRADICTARUM omnium ditionum, feudorumque Imperator cum Imperio cooptat Serenissimam Reginam Reginique Sueciæ successores in immediatum Imperii Statum, ita ut ad Imperii Comitiam inter alios Imperii Status Regina quoque Regesque Sueciæ sub titulo Ducis Bremensis, Verdensis & Pomeraniæ, ut & Rugiæ Principis, Dominique Wismariæ, citari debeant, assignatâ eis sessione in conventibus Imperialibus in Collegio Principum scanno seculari, loco quinto; voto quidem Bremensi hoc ipso loco & ordine, Verdensi vero & Pomerano ordine antiquitus prioribus possessoribus competenti, explicando: IN CIRCULO AUTEM superioris Saxonie proximè ante Duces Pomeraniæ ulterioris: In Circulis Westphaliæ & inferioris Saxonie, loco moreque receptis, ita ut inter Magdeburgensem & Bremensem, Circuli inferioris Saxonie directorium alternetur; salvo tamen Ducum Brunsvicensium & Lüneburgensium Condirectorii iure.

§. 11.
De voto communicativo in Conventibus Deputatorum Imperii.

AD CONVENTUS AUTEM Deputatorum Imperii, tam Regia Maiestas, quam Dominus Elector suos pro more solito mittant: cum autem utrique Pomeraniæ unum tantum votum in iis competat, à Regia Maiestate, communicato prius consilio cum dicto Electore, id semper feratur.

§. 12.
Privilegium de non appellando, & supremum Tribunal constituetur.

DEINDE CONCEDIT eis in omnibus & singulis dictis feudis privilegium de non appellando, sed hoc ita, ut summum aliquod Tribunal seu appellationis instantiam, commodo in Germania loco, constituent, eique idoneas præficiant personas, quæ unicuique ius & iusticiam, secundum Imperii Constitutiones & cuiusque loci statuta, absque ulteriori provocatione, causarumve avocatione, administrent.

Itemque Electionis fori.

E contra vero si contigerit, ipsos tanquam Duces Bremenses, Verdenses aut Pomeraniæ, vel etiam ut Principes Rugiæ, aut Dominos Wismariæ

immo

maria ex causa dictas ditiones concernente, ab aliquo legitimè conve-
niri, Cæsarea Maiestas liberum eis relinquit, ut pro sua commoditate fo-
rum eligant, vel in Aula Cæsarea vel Camera Imperiali, ubi actionem
intentatam excipere velint. Teneantur tamen intra tres menses à die de-
nunciatae litis sese declarare, coram quo iudicio sese sistere velint. §. 13. et erigendi
Academiam. PRÆ-
TEREA CONCEDIT eidem Regiæ Maiestati Sueciæ ius erigendi Acade-
miam vel Universitatem, ubi quandoque ei commodum visum fuerit.
Ad hæc concedit eidem moderna vestigalia (vulgò Licenten vocata) ad
litora portusque Pomeraniæ & Megapoleos, iure perpetuo, sed ad
eam taxæ moderationem reducenda, ne commercia in iis locis inter-
cidant.

EXSOLVIT DENIQUE status, Magistratus, officiales & subditos
dictarum respectivè ditionum feudorumque omnibus vinculis & sacra-
mentis, quibus prioribus dominis & possessoribus aut prætendentibus
hucusque obstricti fuerant, eosque ad subiectionem, obedientiam & fi-
delitatem Regiæ Maiestati Regnoque Sueciæ, ceu ab hoc die hæredita-
rio suo domino præstandum remittit, obligatque, atque ita Sueciam
in plenâ iustaque eorum possessione constituit, verbo Imperiali promit-
tens, se, non solum modernæ Regiæ, sed & omnibus futuris Regibus
Regnoque Sueciæ, ratione dictarum ditionum, bonorum, iuriumque con-
cessorum securitatem præstiturum, eosque sicut ceteros Imperii Status
in eorum possessione quietæ contra quemcunque inviolabiliter conservaturum
& manutenturum: Atque hæc omnia peculiaribus investiturarum
literis omni meliori modo confirmaturum. §. 14. Guarantia
Imperii de di-
tionibus Sue-
co celsis.

VICISSIM SERENISSIMA REGINA & futuri Reges Regnum-
que Sueciæ dicta feuda omnia & singula à Cæsarea Maiestate & Impe-
rio recognoscant; eoque nomine, quoties casus evenerit, investitura-
rum renovationes decenter petant, iuramentum fidelitatis eique annexa,
sicut antecessores, similesque Imperii vasalli, præstando. §. 15. Reciproca ob-
ligatio Sueci.

DE CÆTERO ORDINIBUS & subditis dictarum ditionum loco-
rumque, nominatim Stralsundensibus, competentem eorum liberta-
tem, bona, iura & privilegia, communia & peculiariter legitimè acquisita,
vel longo usu obtenta, cum libero Evangelicæ Religionis exercitio, iuxta
invariata Augustanam Confessionem perpetim fruendo, circa homa-
gii renovationem & præstationem more solito confirmabunt. Inter-
que eos Civitatibus Anseaticis, eam navigationis & commerciorum li-
bertatem tam in exteris regnis, rebuspublicis, & provinciis, quàm
in Imperio integram conservabunt, quam ibi ad præsens usque bellum
habuerunt. §. 16. Clausula pro
Stralsunden-
sibus.
pro Civitati-
bus item An-
seaticis.

ARTICULUS XI.

ART. XI.

PRO EQUIVALENTE AUTEM recompensatione Electori Bran-
denburgico, Domino Friderico Wilhelmo, quod ad promovendam pacem
universalem iuribus suis in Pomeraniam citeriorem & Rugiam, unâ cum
ditionibus locisque suprâ annexis cesserit, præstanda, eidem eiusdem-
que posteris & successoribus hæredibus atque agnatis masculis, cum pri-
mis §. I. De satisfaci-
one Branden-
burgica.

mis Dominis Marchionibus Christiano Wilhelmo, olim administratori Archiepiscopatus Magdeburgensis, item Christiano Culmbacensi, & Alberto Onolzbacensi, eorundemque successoribus & hæredibus masculis, statim ac pax cum utroque Regno & Statibus Imperii composita & ratificata fuerit, à Sacra Cæsarea Maiestate de consensu Statuum Imperii & præcipue interessatorum tradatur Episcopatus Halberstadiensis, cum omnibus iuribus, privilegiis, regalibus, territoriis & bonis secularibus & ecclesiasticis, quocunque nomine vocatis, nullo excepto in perpetuum & immediatum feudum. Constituatur item Dominus Elector statim in possessione eiusdem quietâ & reali, eoque nomine sessionem & votum in Comitibus Imperii & Circulo inferioris Saxonix habeat. Religionem autem & bona ecclesiastica in eo statu relinquat, quemadmodum per Dominum Archi-Ducem Leopoldum Wilhelmum inita cum capitulo Cathedrali pactione, ordinata fuerant: ita tamen ut nihilominus Episcopatus domino Electori totique suæ Domui & agnatis masculis supra nominatis cum eorum successoribus & hæredibus masculis, ordine, quo sibi invicem succedent, hæreditarius maneat, atque Capitulo nullum ius in eligendo & postulando, vel etiam regimine episcopatus, & iis, quæ eo pertinent, reliquum sit, sed modo dictus Dominus Elector, & iuxta ordinem successorum reliqui supra nominati eâ potestate in hoc Episcopatu utantur, qua reliqui Principes Imperii in suis territoriis utuntur. Liceatque quartam partem Canoniatuum (excepta Præpositura in hanc computationem non numeranda) decedentibus successu temporis modernis eorum possessoribus Augustanæ Confessioni addictis, extinguere, eorumque redditus mensæ Episcopali incorporare. Quod si tot Canonici Augustanæ Confessionis non sint, qui quartam partem totius corporis Canoniorum, dempto Præposito, conficiant, numerus suppletur ex Catholicorum decedentium beneficiis.

§. 2.
Quatenus Comitatus Honsteinensis eò pertineat.

CUM ETIAM COMITATUS HONSTEINENSIS pro ea parte, qua feudum est Episcopatus Halberstadiensis, consistens in duabus Dynastiis sive Præfecturis, Lohra & Klettenberg, & quibusdam oppidis, unâ cum eò pertinentibus bonis & iuribus, post ultimò defunctum Comitem huius familiæ eidem Episcopatu applicatus, atque à Domino Archi-Duce Leopoldo Guiljelmo tanquam Episcopo Halberstadiensis hæctenus possessus fuerit, hunc eundem Comitatum porrò quoque penes istum Episcopatum irrevocabiliter permanere placuit, adeò ut Domino Electori tanquam hæreditario possessori iam dicti Episcopatus Halberstadiensis de memorato Comitatu disponendi libera facultas esse debeat, non obstante nec vigorem habente ulla contradictione, quæ a quoquam in contrarium moveri possit. TENEATUR ITEM dominus Elector Comitem à Tettensbach in possessione Comitatus Rheinstain conservare, eidemque investituram à Domino Archi-Duce de consensu Capituli concessam renovare.

§. 4.
Cessio Episcop. Mindensis Domui Brandenburgicæ facta.

EIDEM DOMINO ELECTORI pro se & successoribus suis supra scriptis tradatur Episcopatus Mindanus, cum omnibus iuribus & appertinentiis, pari ratione, ut ante memoratus Episcopatus Halberstadiensis in feudum perpetuum à Sacra Cæsarea Maiestate de consensu Statuum Imperii, statimque post conclusam & ratificatam hanc pacificationem, Dominus Elector pro se & successoribus suis in possessione eiusdem quiete

quieta & reali constituatur, eoque nomine sessionem & votum in Comitibus Imperii universalibus & singularibus, ut & circuli Westphalici ob-
 rineat, Salvis iuri-
 bus civitatis
 Mindensis. salvis tamen civitati Mindensi suis Regaliis & iuribus in sacris
 & prophanis, cum mero & mixto imperio in criminalibus & civilibus,
 præsertim iure districtus eiusque iurisdictionis exercitio concessio, & pro
 nunc apprehenso, aliisque usibus, immunitatibus & privilegiis circa pri-
 stina iura ipsis legitime competentibus; ita tamen ut pagi & villæ do-
 musque ad Principem, capitulum, totumque clerum & equestrem or-
 dinem pertinentes & respectivè in districtu & intrâ mœnia Civitatis
 sitæ, omninò excipiantur, & de cætero ius Principis & capituli inviola-
 tum maneat.

§. 5.
 DICTO DOMINO ELECTORI & successoribus suis Episcopatus
 quoque Caminensis in feudum perpetuum ab Imperatore & Imperio con-
 cedatur, eodem planè iure & modo, ut supra de Episcopatu Halber-
 stadiensi & Mindano dispositum est, sed cum hoc tamen discrimine, ut
 in Episcopatu Caminensi integrum sit Domino Electori Canonicatus,
 post decessum præsentium Canonicorum extinguere, atque sic successu
 temporis totum Episcopatum ulteriori Pomeraniæ adiungere seu incor-
 porare.

§. 6.
 SIMILITER CONCEDATUR Domino Electori expectantia in Ar-
 chiefiscopatum Magdeburgensem, ita quidem ut quandocunque eun-
 dem morte aut successione in Electoratu vel quâcunque alia successione
 præsentis Administratoris Domini Augusti, Ducis Saxoniz, vacare conti-
 gerit, totus iste Archiepiscopatus cum omnibus eo pertinentibus terri-
 toriis, regalibus & iuribus prout supra de Episcopatu Halberstadiensi
 dispositum est, Domino Electori suisque posteris & successoribus, hæredi-
 bus & agnatis masculis, non obstante ulla electione aut postulatione inter-
 ea temporis sive clam sive palam facta, tradatur & conferatur in feudum
 perpetuum, sitque eidem vel iisdem ius autoritate propria vacantem ap-
 prehendi possessionem. INTEREA AUTEM teneatur Capitulum
 unâ cum Ordinibus & subditis dicti Archi-Episcopatus statim conclusa
 pace prædicto domino Electori & toti Domui Electorali, pro se atque
 omnibus in ea successoribus & hæredibus atque agnatis masculis, se sacra-
 mento fidelitatis & subiectionis in eventum obstringere.

§. 8.
 CIVITATI VERO MAGDEBURGENSI pristina sua libertas & pri-
 vilegium Ottonis primi die septimo Iunii, Anno noningentesimo quadrage-
 simo, quod etiam si temporum iniuria deperditum, ad preces eiusdem hu-
 militer porrigendas a Cæsarea Maiestate renovabitur, tum etiam pri-
 vilegium muniendi & fortificandi ab Imperatore Ferdinando secundo con-
 cessum, quod cum omnimoda iurisdictione & proprietate ad quadran-
 tem milliaris germanici extendatur; sicut & reliqua illius Privilegia &
 iura in ecclesiasticis & politicis salva & inviolata maneant, cum inser-
 tâ clausulâ, quod in præiudicium civitatis reâdicari non debeant sub-
 urbia.

§. 9.
 CÆTERUM QUOD AD QUATUOR Dynastias seu Præfecturas Quer-
 furth, Gütterbock, Damb & Borsf attinet, cum illæ iam olim Domino Electori
 Sa-

genes Ele-
ctori Saxoni-
æ cessæ.

Saxoniam traditam sint, in eiusdem quoque ditione permaneant in perpetuum, cum hac tamen reservatione, ut quæ hactenus ratione earundem ad collectas Imperii & Circuli contributa fuit quota, a dicto Domino Electore Saxoniam impostero exsolvatur, eaque Archi-Episcopatu dematur, & huius rei ratione expressa fiat provisio in Matricula Imperii & Circuli.

Æquivalens
Brandenburgicum.

Ut autem inde causata imminutio reddituum Cameralium & ad mensam Archi-Episcopalem pertinentium aliquatenus refarciatur, iam dicto Electori Brandenburgico & successoribus suis, non solum statim post conclusam Pacem Præfectura Eglen, quæ alias ad Capitulum spectabat, pleno iure possidenda & fruenda tradatur, cassatò processu a Comitibus de Barby aliquot ab hinc annis desuper motò; sed etiam facultas sit obtenta Archi-Episcopatus possessione quartam partem Canoniatuum Cathedralium illis decedentibus extinguendi, eorumque redditus Cameræ Archi-Episcopali applicandi.

§. 10.
De debitis
Administrato-
ris Magdeb.

QUÆ VERO DEBITA a præsentè Domino Administrato, Augusto Duce Saxoniam hactenus contracta sunt, ex redditibus Archi-Episcopatibus, existente modis supradictis, casu vacantiam & devolutionis dicti Archi-Episcopatus ad Dominum Electorem Brandenburgicum & successores suos, neutiquam dissolvantur, neque integrum sit, dicto Domino Administratori posthac novis debitis, oppignorationibus & alienationibus sæpè dictum Archi-Episcopatum in præiudicium Domini Electoris eiusque successorum, hæredum & agnatorum masculorum quoquo modo onerare.

§. 11.
Quomodo in
provinciis
Brandenburgico
cessis
prospectum
fuerit subdi-
torum urbibus
ac religioni.

IN HIS VERO Domini Electoris Archi- & Episcopatibus de cætero salva maneant ordinibus & subditis competentia eorum iura & privilegia, cum primis invariata Augustana Confessionis exercitium, quale nunc ibi viget, nec minus locum habeant ea, quæ in puncto gravaminum inter utriusque religionis status & ordines Imperii transacta & conventa sunt, quatenus scilicet non adversantur illi dispositioni, quæ supra in articulo quinto de Gravaminibus, §. 8. continetur, incipiente: *Qui Archi-Episcopatus, Episcopatus & alia foundationes atque bona Ecclesiastica, &c. & finiente: subiecta manent.* &c. utpote quem æquè hic valere debere, ac si verbotenus insertus esset, & supra dictos Archi-Episcopatum & Episcopatus hæreditario & immutabili iure apud Dominum Electorem atque Domum Brandenburgicam, omnesque in ea successores, hæredes & agnatos in perpetuum planè, ut de reliquis terris ipsorum hæreditariis iuris est, permanere oportet.

Tituli ditionum
toti Domini
communes
sunt.

Ratione tituli autem conventum est, ut iam dictus Dominus Elector cum tota Domo Brandenburgica & in ea omnes & singuli Marchiones Brandenburgici, Duces Magdeburgenses & Principes Halberstadienses & Mindenses appellentur & scribantur.

§. 12.
Restituenda
Electori
Brandenburgico
Regina Suecicæ,
Pomerania
Ulterior
& Colbergæ.

REGIA QUOQUE MAIESTAS Suecicæ restituat Domino Electori pro se & successoribus suis hæredibus atque agnatis masculis, primò reliquam Pomeraniam ulteriorem cum omnibus appertinentiis, bonis & iuribus secularibus & Ecclesiasticis pleno iure, tam quoad Dominium utile, quam directum, deinde Colbergam cum toto Episcopatu Caminensi, omnique iure, quod ulterioris Pomeraniæ Duces hucusque habuerunt in col-

collatione Prælatorum & Præbendarum Capituli Caminenfis, ita tamen ut falva maneat iura Regiæ Maiestati Sueciæ supra concessa atque ordinibus & subditis in reſtitutis partibus ulterioris Pomeraniæ Episcopatuque Caminenſi competentem eorum libertatem, bona, iura & privilegia, ſecundum tenorem literarum reverſalium (quibus etiam ordines & ſubditi dicti Episcopatus gaudere debent, acſi iis directè datæ eſſent) cum libero Auguſtanæ Confeſſionis exercitio, iuxta invariata Auguſtanam Confeſſionem, absque ullâ perturbatione perpetim fruendo, circa homagii renovationem & præſtationem omni meliori modo confirmet & conſervet. TERTIO OMNIA LOCA, quæ præſidiis Suevicis infeſſa tenentur per Marchiam Brandenburgicam. QUARTO OMNES Commendas & bona ad ordinem Equæſtrem Divi Iohannis ſpectantia, quæ extra territoria Regiæ Maiestati Regnoque Sueciæ ceſſa continentur, una cum actis & regeſtis ceterisque literariis documentis originalibus, hæc loca iuraque reſtituenda concernentibus, communibus verò & utramque nempe tam citeriorem quam ulteriorem Pomeraniam afficientibus in authentica & probante formâ, quæ in Archivo & Cartophylaciis Auſtæ Stecinenſis, vel alibi intra vel extra Pomeraniam reperiuntur.

ARTICULUS XII.

PRO EO VERÒ, quod Duci Megapolitano Suerinenſi, Domino Adolpho Friderico, in alienatione Civitatis Portasque Wiſmarienſis deſcedit, competant ipſi eiusque hæredibus masculis, Episcopatus Suerinenſis & Ratzeburgenſis iure perpetui & immediati feudi (ſalvo tamen Dominus Saxonico-Lawenburgicæ, aliorumque vicinorum, ut & dictæ Diceceſeos hinc inde competentem iure) cum omnibus iuribus, documentis literariis, Archivo, rationariis, aliisque pertinentiis, & poteſtate extinguendi Canonicatus utrobique poſt præſenti tempore reſidentium Canonicorum deceſſum, omnesque reſtitutus mentæ Ducali applicandi, eoque nomine habeat ſeſſionem in conventibus Imperii & circuli Saxonie inferioris, cum duplici Principis titulo & voto. Eſti verò eiusdem ex fratre nepos, Dominus Guſtavus Adolphus Dux Megapolitano-Guſtrovi-enſis antehac deſignatus fuerat Adminiſtrator Ratzeburgenſis, quia tamen ipſi non minus, quam patruo beneficium reſtitutionis in ſuos Ducatus obrigerat, æquum viſum eſt, ut patruo cedenti Wiſmariam, ipſe viciffim hunc cedat Episcopatum. Conferentur autem dicto Duci Guſtavo Adolpho, eò nomine compensationis ergo, duo Canonicatum, iuxta modernam compositionem Gravaminum ad Auguſtanæ Confeſſioni addictos pertinentium, beneficia, unum in eccleſia cathedrali Magdeburgenſi, alterum in Halberſtadienſi, primum vacatura. QUOD DEINDE ad prætenſos duos Canonicatus in eccleſia Cathedrali Argentinenſi attinet, ſi quid eò nomine Statibus Auguſtanæ Confeſſionis, iuxta præſentem transactionem competit, familiæ Ducum Mecklenburgenſium ex huiusmodi proventibus duorum Canonicatum portiones concedantur, absque tamen præiudicio Catholicorum. Quod ſi vero contigerit lineam masculinam Suerinenſem deficere, ſuperſtite Guſtroviânâ, tum hæc iterum ipſi ſuccedat. PRO MAIORI VERÒ dictæ Domus Mecklenburgenſis ſatisfactio-
 cedant ipſi Commendæ ordinis equæſtris Divi Iohannis Hieroſolymitani Miraw & Nemeraw, in iſto Ducatu ſitæ, vigore diſpoſitionis in Articulo quinto §. 9. ſuprà expreſſæ in perpetuum, donec de controverſiis religionis in Imperio conventum fuerit, & quidem lineæ Suerinenſi Mi-
 K raw,

§. 13.
itemque occupata.
§. 14.
Et bona ordinis divi Iohannis

ART. XII.
§. 1.
De æquivalenti Megapolitano.

Ceſſio Episcop. Suerinenſis & Ratzeburgenſis.

Duci Guſtrovi-enſi duo Canonicatus conceſſi.

§. 2.
Familiæ Megapolitanæ ius in 2. Canonicatus Argentinenſis.

§. 3.
Itemque in 2. Commendas Miraw & Nemeraw.

§. 4.
Confirmatio
Vestigalium,
& immunitas
à Tributis Im-
perii ad
200000. thl.

raw, linea vero Gastroviensi commenda Nemeraw, sub hac conditio-
ne, ut dicti ordinis consensum ipsi procurare, eidemque nec non Domi-
no Electori Brandenburgico tanquam eius Patrono, quotiescunque ca-
sus evenerit, hæcenus præstari solita, porro quoque præstare tenean-
tur. CONFIRMABIT ETIAM CÆSAREA MAIESTAS eidem vesti-
galia ad Albim antehac obtenta in perpetuum, concessa insuper im-
munitate a tributis Imperii futuro tempore, citra causam satisfactionis
militiæ Suedicæ, indicendis, donec summa ducentorum millium thalero-
rum Imperialium compensata fuerit. Cassetur insuper præsentium debi-
tum Wingersekianum, utpote ex causa belli ortum, processibus etiam
& decretis desuper emanatis penitus annullatis, ita ut neque Duces Me-
gapolitani, neque Civitas Hamburgensis eo nomine in posterum un-
quam conyeniri possint vel debeant.

ART. XIII.

ARTICULUS XIII.

§. 1.
Domui Brun-
svicensi suc-
cessio in Epi-
scopatum Os-
nabrugensem
stabilita.

CUM DOMUS DUCALIS BRUNSVICENSIS & LUNEBURGENSIS
ob pacem publicam melius faciliusque stabiliendam cesserit Coadiutori-
is in Archi-Episcopatus Magdeburgensem & Bremensem, itemque Epi-
scopatus Halberstadiensem & Raczburgensem, obtentis ea conditione,
ut inter alia etiam alternativa iisdem cum Catholicis in Episcopatum Osna-
brugensem addiceretur successio, Cæsarea Maiestas præsentis Sacri Roma-
ni Imperii statui minimè expedire iudicans pacem publicam propterea
impediri diutius, consentit & permittit, ut eiusmodi alternativa succes-
sio in dicto Episcopatu Osnabrugensi deinceps inter Catholicos & Augu-
staniæ Confessionis Episcopos, ex familia tamen Ducum Brunsvicensem
& Lunenburgensem, quamdiu eadem duraverit, postulandos, locum
habere debeat, modis & conditionibus sequentibus:

§. 2.
Comiti a
Walsenburg
200000. thal.
solvantur.

PRIMO, QUONIAM Dominus Gustavus Gustavi, Comes in Wa-
senburg, Regni Sueciæ Senator, omni suo iuri in Episcopatum Osnabru-
gensensem, occasione præsentis belli obtento, renunciat, iuramentumque,
a statibus & subditis eiusdem sibi præstitum, remittit, ideo Dominus E-
piscopus Franciscus Wilhelmus, eiusque successores, sicut & Capitulum
Status & subditi dicti Episcopatus, virtute præsentium obligati sunt ad
solvendum dicto Domino Comiti, eiusvè mandatario, Hamburgi spa-
tio quatuor annorum a die publicatæ Pacis numerandorum, octuaginta
millia thalerorum Imperialium, ita ut singulis annis vicena millia Ham-
burgi ad manus dicti Comitis eiusvè mandatarii exsolvere & numerare
teneantur, executione in non-parentes ex lege communi huius Pacifica-
tionis suas vires obtinente.

§. 3.
Restituatur
Episcopatus
integer.

SECUNDO, RESTITUATUR dictus Episcopatus Osnabrugensis
totus & integer, cum omnibus suis appertinentiis secularibus & Ecclesiasti-
cis, moderno Domino Episcopo Francisco Wilhelmo pleno iure possi-
dendus, prout uniformis perpetuæque Capitulationis leges communi
Principis Francisci Wilhelmi Domusque Brunsvico Lunenburgicæ &
Capitularium Episcopatus Osnabrugensis consensu tam in eundæ sau-
cierint.

§. 4.
Religionis sta-
tus in Epi-

TERTIO, STATUS RELIGIONIS ac cæteris ecclesiastici totius-
que Cleri utriusque Religionis tam in ipsa Urbe Osnabrugensi, quam
in

in reliquis ad hunc Episcopatum pertinentibus ditionibus, oppidis, vil-
lis, pagis omnibusque aliis locis maneat & reducatur in eum, qui fu-
it die primâ Ianuarii anno millesimo sexcentesimo vicesimo quarto, statum,
ita tamen, ut prius fiat singularis quædam determinatio & dispositio de iis,
quæ post annum millesimum sexcentimum vigesimum quartum, quoad
verbi Ministros & divinum cultum mutata deprehendantur, etiam su-
pradictæ capitulationi inferenda, caveatque Dominus Episcopus per li-
teras reversales Statibus & subditis suis homagio (quatenus observan-
tia ab antiquo obtinuit) ab ipsis recepto, iura ac privilegia salva fore, &
quæ præterea futuræ Episcopatus administrationi statuunque & subdi-
torum securitati urimque necessaria videbuntur.

Episcopi Os-
nabrugensi
ad statum an-
ni 1624. red-
actus.

reversales
subditi dan-
di.

QUARTO, DEFUNCTO EODEM Domino Episcopo succedat in E-
piscopatu Osnabrugensi Dominus Ernestus Augustus Dux Brunsvicen-
sis & Luneburgensis, atque aded vi huius Pacis publicæ sit designatus
eiusdem successor, teneaturque Capitulum Cathedralè Osnabrugense,
ut & reliqui Status & subditi statim post decessum aut resignationem mo-
dèrni Episcopi, eundem Dominum Ernestum Augustum in Episcopatum
recipere, ac dicti status & subditi isti fini intra trimestre à conclusâ hæc
pace computandum, ipsi solum ut supra præstare homagium, iu-
xta condiciones in capitulatione perpetua cum Capitulo in eunda positas.
QUOD SI VERÒ Dux Ernestus Augustus post obitum modernè Epi-
scopi non fuerit superstes, teneatur Capitulum aliud ex Domini Ge-
orgii Ducis Brunsvicensis & Luneburgensis posteris in Episcopatum suum
postulare, conditionibus tamen in recepta Capitulatione uniformi in-
itis perpetuo observandis. Eo autem demortuo aut ultro resignante te-
neatur dictum Capitulum vel electione vel postulatione Præsulem Catho-
licum sibi præficere; sin verò hæc in parte vel Canonicorum negligentia
vel discordia intercesserit, locus sit ordinationi iuris Canonici & consue-
tudinè Germaniæ, salvâ tamen capitulatione perpetuâ, ut & hæc trans-
actione, & sic perpetuo admittatur alternativa successio inter Catho-
licos Episcopos ex gremio Capituli electos, vel aliunde postulatos, at-
que Augustanæ Confessioni addictos, sed non alios, quam ex familia
modo nominati Ducis Georgii descendentes, & quidem si plures sint
Principes, è natu minoribus eligatur vel postuletur Episcopus, nullis
vero existentibus natu minoribus, sufficiatur unus ex Principibus
regentibus: Illis autem deficientibus, succedat tandem Ducis Au-
gusti posteritas, alternatione, uti dictum, inter ipsam & Catholicos
perpetuâ.

§. 5.
Episcopo suc-
cedat Dux
Brunsvico-Lu-
neburgicus.

§. 6.
Alternativa
successio per-
petua sit in E-
piscopatu
Osnabrugen-
si.

Lineæ Guel-
pheryanæ
successio sub-
sidiaria.

QUINTO, TENEATUR non solum memoratus Dux Ernestus Au-
gustus, sed etiam omnes & singuli ex familia Ducum Brunsvicentium &
Luneburgensium Augustanæ Confessioni addictorum in hoc Episco-
patu alternatim succedentium statum religionis, cætus Ecclesiastici, to-
tiusque Cleri, tam in ipsa urbe Osnabrugensi, quam in reliquis ad hunc
Episcopatum pertinentibus ditionibus, oppidis, villis, pagis, omnibus-
que aliis locis conservare ac tueri, prout superius articulo tercio & per-
petuâ Capitulatione dispositum est.

§. 7.
Status Ecclē-
sticus in Epi-
scopatu ad
normam Ca-
pitulationis
servandus.

SEXTO, NE ETIAM durante administratione & regimine Episco-
pi Augustanæ Confessioni addicti circa censuram Ecclesiasticorum Ca-
tholicorum, itemque usum & administrationem Sacramentorum ritu

§. 8.
Iura Coloni-
ensis, seu Mo-
ropolitani.

regente Ev- Romano Ecclesie, ut & cætera, quæ sunt Ordinis, ulla difficultas aut con-
angelico. fusio suboriatur, horum omnium dispositio, quoties alternativa successio
in talem Augustanæ Confessione addictum devenerit, Domino Archi-E-
piscopo Coloniensi, velut Metropolitano reservata, adversus Augustanæ
Confessione vero addictos planè sublata esto. Cætera superioritatis &
regiminis iura in Civilibus & Criminalibus Augustanæ Confessione Epi-
scopo iuxta Capitulationis leges illibata permaneant. Quoties vero Ca-
tholicus Episcopus in Episcopatu Osnabrugensi rerum potitur, nihil o-
mnino in Augustanæ Confessione sacra arroget sibi iuris, aut obtineat.

§. 9. *Walckenried, & Schawen Domui Brunsvicensi cessit.* SEPTIMO, MONASTERIUM seu Prælatura Walckenried, cuius hoc tempore Administrator est Christianus Ludovicus; Dux Brunsvicensis & Luneburgensis, unà cum prædio Schawen, perpetuo feudi iure Ducibus Brunsvicensibus & Luneburgensibus, iidem a Cæsarea Maiestate & Imperio cum omnibus pertinentiis iuribusque conferatur eodem prorsus, quo supra inter Ducum Brunsvicensium & Luneburgensium familias succedendi ordine, annullato iure advocatiæ, aliisque Episcopatus Halberstadiensis & Comitatus Hohnstainensis prætensionibus omnino sublatis.

§. 10. *Itemque Monasterium Gröningense &c.* OCTAVO, DUCIBUS quoque Brunsvicensibus & Luneburgensibus restituitur Monasterium Gröningense, quod antehac acquisitum Episcopatu Halberstadiensi cesserat; reservatis etiam iuribus, quæ dictis Ducibus in castrum Westerbürg competunt, nec minus infeudati Comitæ Tattenbach a Ducibus facta, eoque nomine inita leges, perinde ut iura crediti & pignoris Ducis Christiani Ludovici Vicario Friderico Skenkio a Winterstett in Westerbürg competentia, facta testata manent.

§. 11. *Expunctio debiti Tyllio cessit.* NONO, DEBITUM a Friderico Ulrico Duce Brunsvicensi & Luneburgensi cum Rege Daniæ contractum, & per hunc in pacificatione Lubecensi Sacræ Cæsareæ Maiestati cessum, posteaque Cæsareæ militiæ Præfecto Comiti Tyllio donatum quod attinet; cum moderni Duces Brunsvicensis & Luneburgenses se ad hoc debitum persolvendum ob plures rationes teneri negaverint, eaque de re etiam per Legatos plenipotentiariorum Coronæ Sueciæ instantè actum sit, amore pacis remissio & expunctio totius istius debiti & obligationis dictis Ducibus eorumque hæredibus & Provinciis concessa esto.

§. 12. *Nec non debiti Ratzeburgensi.* DECIMO: CUM DUCES Brunsvicensis & Luneburgenses Cellensis Linæ Capitulo Ratzeburgensi pro sorte viginti millium florenorum annuas pensiones usque dum pependerit, alternatione iam cessante, cessent quoque annuæ illæ pensiones, abolito prorsus debito, ut & aliâ quavis obligatione.

§. 13. *Præbendæ duæ Argentineses concessæ.* UNDECIMO: DUCIS ETIAM AUGUSTI duobus filiis natu minoribus Antonio Ulrico & Ferdinando Alberto conferantur duæ præbendæ in Episcopatu Strasburgensi, primò vacaturæ, eâ tamen conditione, ut dictus Dominus Dux Augustus renunciât prætensionibus suis, quas in unum alterumve Canonicatum antehac habuit vel habere poterat.

§. 14. *Ducum Brunsvicensium renunciatio in* DUODECIMO: VICE VERSA iidem Duces postulationibus & coadiutoriis in Archi-Episcopatus Magdeburgensem & Bremensem, itemque

que Halberstadiensem & Ratzeburgensem plenissimè renuncient, ita, ut quæ circa hosce Archi-Episcopatus & Episcopatus superius in hoc Pacificationis instrumento disposita sunt, citra ipsorum contradictionem effectum habere debeant. Capitulis utrobique in eo statu permanentibus, quo superius conventum est.

ARTICVLVS XIV.

ART. XIV.

DE SUMMA 12000. Imperialium Domino Christiano Wilhelmo Marchioni Brandenburgico, ex Archi-Episcopatu Magdeburgensi quotannis solvendorum, conventum est, ut cœnobium & præfecturæ Zinna & Loburg dicto Domino Marchioni statim tradantur, cum omnibus pertinentiis & omnimoda Iurisdictione, solo territorii iure excepto. Atque his præfecturis idem Marchio utatur, fruatur, ad dies vitæ absque ulla rationum redditione: hac tamen lege, ut in politicis & ecclesiasticis nullum planè subditis afferatur præiudicium. QUIA PORRO; ut totus Archi-Episcopatus, ita etiam iam nominatum cœnobium & præfecturæ temporum iniuriâ valde sunt devastatæ: ideo à moderno Domino Administratore, Domino Marchioni, sine mora ex collectis in Archi-Episcopatu ad hoc instituendis solvantur tria millia Thalerorum Imperialium ab ipso Marchione vel eius hæredibus non restituenda. PRÆTEREA PLACUIT, ut post fata Domini Marchionis ratione & nomine non præfitorum alimentorum descendentibus ipsius eorumque hæredibus liceat dictum cœnobium atque præfecturas per integrum quinquennium retinere, iisque sine rationum redditione cum omnibus suis pertinentiis & iuribus uti frui. Elapsò vero quinquennio prædictæ præfecturæ earundemque iurisdictionis, reditus & proventus Archi-Episcopatu absque tergiversatione restituantur: nec superius memoratæ summæ titulo quicquam ulterius moveatur vel petatur. Et prædicta omnia observentur, etiamsi propter Domini Electoris Brandenburgici æquivalentem recompensationem Archi-Episcopatus Magdeburgensis ad Dominum Electorem eiusque hæredes ac successores pervenerit.

§. 1.
De pensione Administratori Magdeburgi præstanda.

§. 2.
De restauratione Zinna & Loburg.

§. 3.
Quid mortuo illo, post quinquennium restituendum sit.

ARTICVLVS XV.

ART. XV.

CIRCA CAUSAM HASSO-CASSELLANAM conventum est, ut sequitur:

§. 1.
De Causa Hasso-Cassellana.

Primo omnium Domus Hasso-Cassellana, omnesque eius principes, maximè Domina Amelia Elisabetha, Hassiæ Landgravia, eiusque filius Dominus Wilhelmus, illorumque hæredes, Ministri, Officiales, Vasalli, subditi, milites & alii quocunque modo illis additi, nullo prorsus excepto, non obstantibus contrariis pactis, processibus, proscriptionibus, declarationibus, sententiis, executionibus & transactionibus, sed illis omnibus ut & actionibus vel prætensionibus ratione damnorum & iniuriarum tam neutralium, quam belligerantium annullatis, universalis amnestiæ supra sancitæ, & ad initium belli Bohemici cum plenaria restitutione reductæ (exceptis Cæsareæ Maiestatis & Domus Austriacæ Vasallis & subditis hereditariis, quemadmodum de iis in §. Tandem omnes, &c. disponitur) omniumque beneficiorum ex hac & Religiosa Pace provenientium, pari cum cæteris statibus iure, prout in articulo incipiente: Unanimi, &c. disponitur, plenariè participes sunt.

Domui Cassellanae plenaria amnestia & restitutio concessa.

§. 2.
Retineat Ab-
batia in
Hirschfeld, iu-
re feudi Imp.

SECUNDO: DOMUS CASSELLANA, eiusque Successores Abbatiam Hirschfeldensem, cum omnibus appertinentiis secularibus & Ecclesiasticis, sive intra, sive extra territorium (ut præpositura Gellingen) sitis, salvis tamen iuribus, quæ Domus Saxonica a tempore immemoriali possidet, retineant, & eo nomine investituram a Cæsarea Maiestate toties, quoties casus evenerit petant, & fidelitatem præstent.

§. 3.
De Præfecturis
eidem cellis,
Schaumburg,
Bükenburg, Sa-
xenhagen, &
Stathagen.

TERTIO: IUS DIRECTI & utilis Dominii in Præfecturas Schaumburg, Bückeberg, Saxenhagen & Stathagen, Episcopatus Mindano ante hac assertum & adiudicatum, porro ad Dominum Wilhelmum modernum Hassiæ Landgravium, eiusque Successores plenariè in perpetuum citra ulteriorem dicti Episcopatus, aut alterius cuiusvis contraditionem aut turbationem pertineat, salvâ tamen transactione inter Christianum Ludovicum, Ducem Brunsvico-Luneburgensem & Hassiæ Landgraviam, Philippumque Comitem de Lippe initâ, firmâ etiam manente, quæ inter eandem Landgraviam & dictum Comitem inita est, conventionem.

§. 4.
Indemnitas
causa eidem
60000. thaleri
solvendi.

CONVENTUM PRÆTEREA EST, ut pro locorum hoc bello occupatorum restitutione & indemnitas causa Domina Landgravie Hassiæ Tutrici eiusque Filio huiusvè Successoribus Hassiæ Principibus, ex Archi-Episcopatibus Moguntinensi & Colonienfi, Episcopatibus item Paderbornensi, Monasteriensi & Abbatia Fuldenfi, sexies centena millia thalerorum Imperialium, bonitate Imperialibus constitutionibus modernis correspondentium, intra spatium novem mensium a tempore ratificationis pacis computandum Castellis solventium periculo & sumptibus pendantur. Nec contra promissam solutionem ulla exceptio ullusve prætextus admittatur, multo minus summa conventa ullo arrepto officiat.

§. 5.
Pignore pro-
pterea in se-
curitatem
constituito.

UT ETIAM DOMINA LANDGRAVIA de solutione tanto securior sit, sequentibus conditionibus retineat Netis, Cosfeld & Neuhaus, inque iis locis sua sibi que solùm obligata præsidia habeat, eâ quidem lege, ut præter officiales & alias personas in præsidiis necessarias dictorum trium locorum præsidia coniunctim non excedant numerum mille ducentorum peditum & centum equitum, Domina Landgravie dispositioni relicto, quot cuivis dictorum locorum peditum & equitum imponere, quemve huic vel illi præsidio præficere velit. PRÆSIDIA AUTEM secundum ordinationem de sustentatione Officialium & militum Hassiacis hæctenus consuetam alantur, & quæ ad conservanda fortalicia necessaria sunt, præstentur ex Archi- & Episcopatibus in quibus dicta arx & civitates sunt sitæ, absque summæ supra nominatæ diminutione. Integrum autem sit ipsis præsidiis contra morosos & tardantes, sed non ultra debitam summam exequi. Iura autem superioritatis & iurisdictionis tam ecclesiastica quam secularis & redditus nominatarum arcis & civitatum, Domino Archi-Episcopo Colonienfi sint salva.

§. 7.
Summa dimi-
diâ exsoluta,
pignoris pars
restituatur.

QUAMPRIMUM VERO post ratificatam Pacem Domina Landgravie trecenta millia thalerorum Imperialium fuerint exsoluta, restituta Neufsa, retineat Cosfeld solum & Neuhaus, ita tamen ut præsidium Neuffianum in Cosfeld & Neuhaus non deducat, vel eius nomine quicquam ulterius exigat, nec præsidia in Cosfeld numerum sexcentorum peditum & quinquaginta equitum, in Neuhaus autem centum peditum excedant. Sin autem intra terminum novem mensium Domina Landgravie integra summa non dependatur, non tantum Cosfeld & Neuhaus, donec plenaria subsecuta fuerit solutio, sed etiam pro residuo summæ eiusque singulis centenis quinque annuatim

Provisio in ca-
sum non so-
luta inde-
mnitatis sum-
ma.

tim Imperiales, donec residuum summæ exsolutum fuerit, pensionis nomine solvantur, & tot præfecturarum ad supra nominatos Archi- & Episcopatus atque Abbatiam pertinentium & Hassiæ Principatui vicinarum, quot præstandis & exsolvendis pensionibus sufficiunt. Quæstores & Receptores Domina Landgraviæ iuramento obstringantur, ut de redivis annuas residuæ summæ pensiones solvant, non obstante Dominorum suorum prohibitione. **QUOD SI VERO** Quæstores & Receptores in solvendo moras nectant, aut reditus aliò conferant, Domina Landgravia exequendi, & ad solutionem quovis modo illos adigendi liberam habeat potestatem, de reliquo iure territoriali domino proprietatis interea semper salvo. Simul ac verò Domina Landgravia totam summam cum pensionibus à tempore moræ acceperit, restituat illicò loca iam denominata, cautionis loco interim retenta, pensiones cessent & Quæstores atque Receptores, quorum facta fuit mentio, iuramenti nexu sint liberati. **QUARUM AUTEM** præfecturarum reditus, pensionibus contingente morâ, solvendis sint assignandi, ante ratificationem pacis eventualiter conveniet, quæ conventio non minoris sit roboris, quam ipsum pacis instrumentum. **PRÆTER LOCA AUTEM** securitatis causa, ut memoratum, Domina Landgraviæ relinquenda, & post solutionem demum restituenda, restituat illa nihilominus, ratificatione pacis subsecutâ, omnes provincias & Episcopatus, nec non illorum urbes, præfecturas, oppida, fortalitia, propugnacula & omnia denique bona immobilia, nec non iura inter hæc bella ab ipsâ occupata, ita tamen, ut tam in præfatis tribus locis, cautionis nomine retinendis, quam reliquis omnibus restituendis non solum annonam & omnia ad bellicum apparatus spectantia, quæ inferri vel fieri curavit per subditos evehenda Domina Landgraviæ & supradictis Successoribus. **QUÆ VERO AB IPSA** non illata, sed in locis occupatis tempore occupationis reperta sunt & adhuc exstant, ibi permaneant; sed ut etiam fortificationes & valla durante occupatione extructa, eatenus destruantur, ne tamen urbes, oppida, arces vel castra cuiusvis invasionibus & deprædationibus pateant. **ET QUAMVIS** Domina Landgravia præterquam ab Archi- & Episcopatus Moguntinensi, Coloniensi, Paderbornensi, Monasteriensi & abbatia Fuldeni à nemine restitutionis & indemnitis loco aliquid poposcerit, & sibi eo nomine a quoquam alio quicquam solvi omnino noluerit, pro rerum tamen & circumstantiarum æquitate placuit toti Conventui, ut salva manente dispositione §. præcedentis, inchoantis: *Conventum præterea est, &c.* etiam cæteri Status, cuiuscunque generis, cis & ultra Rhenum, qui primâ Martii huius anni Hassiæ contributionem dependerunt, secundum proportionem contributionis exsolutæ toto hoc tempore observatam ad conficiendam summam superius positam, & militum præsidiorum sustentationem, ratam suam supra nominatis Archi- & Episcopatus atque Abbatia conferant, & damnum si quod solventes ob unius vel alterius moram perpeffi fuerint; morosi refarciant, nec executionem contra tergiverfantes instituendam Cæsareæ Maiestatis aut Regiæ Maiestatis Sueciæ, vel etiam Hassiæ Landgraviæ officiales aut milites impediunt, neque etiam fas sit Hassiæ quemquam in præiudicium huius declarationis eximere, ii vero, qui suam quotam ritè persolverint, ab omni eatenus onere liberi erunt. **QUOD CONTROVERSIAS** inter Domos Hassiæ Castellanam & Darmstadinam, super successione Marpurgensi agitatæ attinet, quandoquidem eæ Castellis die decima quarta mensis Aprilis proximè elapsi consensu partium unanimi accedente penitus sunt compositæ, placuit transactionem istam cum suis annexis & recessibus, sicut ea Castellis inita & a partibus subsignata conventuique hu-

§. 8.
Exequendi facultas Castellanis concessa.

§. 9.
De præfecturis in subsidium assignandis.

§. 10.
Obligatio Dominae Castellane ad restituenda bello occupata.

§. 11.
Quæ in iis relinquenda vel destruenda?

§. 12.
Quinam Status ad satisfactionem Hassiæ teneantur.

§. 13.
Confirmatio Transactionis de successione Marpurgensi.



ic insinuata fuit, vigore Instrumenti huius, eiusdem planè esse roboris, ac si verbis totidem hinc tabulis inserta comprehenderentur, nec a partibus transigentibus, nec aliis quibusvis sub prætextu sive pacti, sive iuramenti, sive alio quocunque, ullo unquam tempore convelli posse, quin imò ab omnibus, etiam si aliquis ex interessatis eam fortè confirmare detrectet, exactissimè observari debere. SICUT ETIAM TRANSACTIO inter defunctum Dominum Wilhelmum Hassiæ Landgravium & Dominos Christianum & Wolradum, Comites Waldeckiæ die undecimo Aprilis anno millesimo sexcentesimo trigesimo quinto facta, & a Domino Georgio Hassiæ Landgravio die decimo quarto Aprilis anno millesimo sexcentesimo quadragesimo octavo ratificata, non minus vigore huius Pacificationis perpetuum & plenissimum robur obtinebit, omnesque Hassiæ Principes pariter ac Comites Waldeckiæ obligabit. FIRMIUM QUOQUE MANEAT & inviolabiliter custodiat in primogenitura in qualibet Domo Hassiæ Castellana & Darmstatina introductum & a Casarea Maiestate confirmatum.

ART. XVI. ARTICULUS XVI.

§. 1. SIMULATQUE VERO Instrumentum Pacis a Dominis Plenipotentariis & Legatis subscriptum & signatum fuerit, cesset omnis hostilitas & quæ supra conventa sunt, utrimque è vestigio executioni mandentur.

§. 2. IMPRIMIS QUIDEM Imperator ipse per univèrsum Imperium edita promulget, & serio mandet iis, qui hinc pactis & hinc Pacificatione ad aliquid restituendum vel præstandum obligantur, ut sine tergiversatione & noxa intra tempus conclusæ & ratificandæ pacis præsent & exequantur transacta, iniungendo tam Directoribus Rükschreibenden Fürsten, quam Præfectis militiæ circularis, Crayß Obristen, ut ad requisitionem restituendorum iuxta ordinem Executionis & hæc pacta, restitutionem cuiusque promoveant & perficiant. Inferatur etiam Edictis clausula, ut quia circuli Directores, Rükschreibende Fürsten, aut Præfectus militiæ circularis Crayß Obrister, in causa vel restitutione propria, minus idonei executioni esse censentur, hoc in casu, itemque si Directores vel Præfectum Circularis militiæ repudiare commissionem contingat, vicini Circuli Directores aut Præfecti militiæ circularis eodem executionis munere, etiam in alios Circulos ad restituendorum requisitionem fungi debeant.

§. 3. QUOD SI ETIAM restituendorum aliquis Casareanos Commissarios ad alienius restitutionis, præstationis vel executionis actum necessarios censuerit, quod ipsorum optioni relinquatur, etiam illi sine mora dentur: QUO CASU UT rerum transactarum effectus tanto minus impediatur, tam restituentibus quam restituendis liceat statim conclusâ & subscriptâ pacificatione binos aut trinos utrinque nominare Commissarios, e quibus Casarea Maiestas unum à restituendo, alterum à restituente nominatum, pares tamen numero ex utràque religione eligat, quibus iniungatur, ut omnia quæ vigore huius transactionis oportet, absque mora exequantur. Sin autem restituentes Commissarios nominare neglexerint, Casarea Maiestas ex iis, quos restituendus nominaverit, unum deliget, aliumque pro suo arbitrio, observatâ tamen utrobique diversæ religioni addictorum paritate, adiunget, quibus commissionem executionis demandabit, non obstantibus exceptionibus in contrarium factis.

§. 4. De modo constituendi Commissarios ad pacis executionem.

§. 14. itemque Transactio nis Hassiæ Waldeckensi.

§. 15. Primogenitura Hassiæ confirmata.

§. 1. De Executione Pacis.

§. 2. De Editis restituentibus.

§. 3. De Commissariis ad executionem.

§. 4. De modo constituendi Commissarios ad pacis executionem.

Etis. Ipsi deinde restituendi mox à conclusione Pacis de transactorum tenore notum faciant interessatis aliquid restitutoris.

OMNES DENIQUE ET SINGULI sive status sive communitates, sive privati, sive Clerici, sive seculares, qui vigore huius transactionis eiusdemque regularum generalium, vel specialis expressæque alicuius dispositionis ad restituendum, cedendum, dandum, faciendum, aut aliud quid præstandum obstricti sunt, teneantur statim post promulgata Cæsarea edicta, & factam restituendi notificationem, sine omni tergiversatione vel oppositione clausulæ salvatoris, sive generalis, sive specialis alicuius supra in Amnestia positæ, aut quâcunque aliâ exceptione, itemque sine noxâ aliqua, omnia, ad quæ obligantur, restituere, cedere, dare, facere, & præstare.

§. 5.
Quis que,
quod debet,
vi pacis ini-
tæ, præstet sine
mora.

NEC DIRECTORUM ET PRÆFECTORUM circularis militiæ aut Commissariorum executioni quisquam, sive status, sive miles præsertim præfidiarius, sive quilibet alius sese opponat, sed potius executoribus assistant, liberumque sit dictis executoribus contra eos, qui executionem quovis modo impedire conantur, suis vel etiam restituendorum viribus uti.

§. 6.
Executionem
impedivisti
quomodo
compescen-
di?

DEINDE OMNES ET SINGULI utriusque partis captivi, sine discrimine fagi veltogæ, eo modo, quo inter Exercituum Duces, cum Cæsareæ Maiestatis approbatione conventum est, vel adhuc convenietur, liberi dimittantur.

§. 7.
Captivi utriusque
relaxentur.

DENIQUE PRO MILITIÆ SUEVICÆ exactione omnes & singuli Electores, Principes & reliqui Status, comprehensâ liberâ & immediatâ Imperii Nobilitate (salvâ tamen requisitione hætenus in talibus casibus usitatâ, libertateque & exemptione in futurum salvis) septem sequentium Circulorum Imperii, Electoralis Rhenani, superioris Saxonici, Franconici, Suevici, superioris Rhenani, Westphalici & inferioris Saxonici teneantur in medium conferre quinque myriades Imperialium Thalerorum in monetâ per Imperium Romanum usitatâ, idque tribus terminis; primo termino (Statibus in circulo Electorali ut & superiori Rhenano Francofurtum ad Mœnum, superioris Saxonis Lipsiam seu Brunsvigam, Franconis Norinbergam, Sueviae Ulmam, Westphaliae Bremam vel Monasterium, & inferioris Saxonis Hamburgum suam cuiusque quotam conferentibus) octodecim centena millia Imperialium thalerorum in numerata pecuniâ (pro cuius summæ faciliiori solutione impetrandâ, liceat illos subditos, qui ex Amnestia veniunt restituendi, non moderno ipsorum possessori sed vero Domino, cui ex Amnestia restituendi sunt, statim à conclusa pace, etiam ante factam restitutionem, secundum ipsorum quotam & proportionem, collectare, nec in exigendis illis collectis moderni possessores ullum creent impedimentum) & duodecim centena millia per assignationes ad certos Status, super quorum solutione tolerabilibus conditionibus faciendâ, à quolibet Statu inter conclusam & ratificandam pacem cum officiali militari sibi assignato ex æquo & bono conveniendum.

§. 8.
De satisfactio-
ne militiae Sue-
vicæ, 5. myria-
dibus præstan-
da.

Termini solu-
tionis.

QUA CONVENTIONE, ut & ratihabitionum commutatione factâ, dictorum octodecim centenorum millium thalerorum solutio, militiae exactione & locorum evacuatio, statim pari passu peragantur, nec ob ullam aliam causam differantur, cessantibus statim à conclusa pace contributionibus & omnis generis exactionibus, salva tamen præfidiariorum militum cæterarumque copiarum sustentatione ad tolerabilem modum conveniendâ; salvâ itidem iis statibus, qui

§. 9.
De militiae ex-
actione
& locorum
evacuatiõe.

suam portionem solverunt, vel cum assignatis officialibus, quoad solutionem suarum portionum amicabiliter convenerunt, à suis constatibus ob horum solvendi moram, sibi illatorum damnorum repetitione.

*Residuum
quomodo
præstandum?
& a quibus?*

Reliquarum duarum myriadam priorem quidem sub finem proximi anni à factâ exactione computandi, alteram verò in fine anni proxime insequentis, utramque thaleris Imperialibus, eorumve in alia per Imperium usitata moneta valore, ad supradicta loca Regiæ Maiestatis Sueciæ ad id cum potestate deputatis Ministris dicti septem Circulorum Status bona fide sunt exsolvendi. Sicuti autem dicti septem Circuli soli militiæ Suedicæ sine præensione alterius assignati intelligantur, ita singuli eorum Electores, Principes & Status eam tantum portionem, quæ iuxta matriculam & cuiusque loci observantiam, & extraditam hic designationem unicuique præstanda incumbit, pendere debebunt, Nemo ULLUS STATUS vel a solutione immunis sit, vel maiori numero per Mensem unum prægravetur, vel pro alio suo constatu, aliisque belligerantium militibus plus solvere teneatur, multò minus repressaliis vel arrestis eo nomine prægravetur: Neque etiam ullus Status in modo suos collectandi, vel à milite aut constatu vel ullo alio, sub quocunque prætextu, de facto impediatur.

*§. 10.
Nullus præ alio
gravandus
in contribuendo.*

*§. 11.
Ex Austriaco
& Bavarico
Circulis contributiones
cui sint præstandæ?*

QUOD AD CIRCULUM AUSTRIACUM & Bavaricum attinet, cum ille (præter factam in hoc pacificationis conventu a Statibus Imperii promissionem, se in proximis Imperii Comitibus Sæcæ Regiæ Maiestati pro hæcenus toleratis belli sumptibus, subsidium è collectis Imperii præstandum decreturos) solvendis exercitui immediato Cæsareo stipendiis, hic verò pro Bavarico milite sepositus sit, solutionis conventio & exactio in Circulo Austriaco penes Sacram Cæsaream Maiestatem esto: In Circulo autem Bavarico observetur idem collectandi & solvendi modus, qui in reliquis Circulis; executio tamen, ut & in cæteris septem Circulis fiat secundum Constitutiones Imperii.

*§. 12.
Securitas de
solutione Suecis
certissime
facienda.*

UT AUTEM REGIA MAIESTAS SUECIÆ eò securior certiorque sit de infallibili singulorum terminorum præstatione, singuli septem dictorum Circulorum Electores, Principes & Status vigore huius conventionis se ad suam quisque quotam condito tempore locoque bonâ fide solvendum sponte, idque sub hypotheca omnium suorum bonorum obligant, ita quidem ut si mora ullius intervenerit, omnes Imperii Ordines, potissimum vero cuiusque Circuli Directores, Ducesque, vi articuli assècurationis pacis teneantur promissa, ceu rem iudicatam, exequi, absque ullo ulteriori iuris processu vel exceptione.

*§. 13.
De militari-
um præsidio-
rum educio-
ne ex locis re-
stituendis.*

RESTITUTIONE EX CAPITE AMNESTIÆ & gravaminum facta liberatis captivis, ratihabitionibus commutatis & præstitis iis, quæ de primo solutionis termino supra conventa sunt, omnia utriusque partis militaria præsidia, sive Imperatoris eiusque sociorum & federatorum, sive Regiæ Regniue Sueciæ & Landgraviæ Hassiæ, eorumque federatorum & adhærentium, aliove quocunque nomine imposita fuerint, ex civitatibus Imperii ac omnibus aliis locis restituendis, sine exceptionibus, morâ, damno & noxâ pari passu educantur.

*§. 14.
Loca occupata
legitimis do-
minis restitu-
antur.*

LOCA IPSA, Civitates, urbes, oppida, arces, castella, fortalitia, tam quæ per regnum Bohemiæ, aliasque terras Imperatoris Domusque Austriacæ hæreditarias, quam cæteros Imperii Circulos, à partibus belligerantibus supradictis occupata & retenta, vel per armistitii unius
vel

vel alterius partis, vel quemcunque alium modum concessa sunt, prioribus & legitimis suis possessoribus & dominis, sive mediati, sive immediati Imperii status sint, tam ecclesiasticis quam secularibus, comprehensa libera Imperii nobilitate, absque mora restituantur, liberæque eorum dispositioni, sive de iure & consuetudine, sive vigore præsentis transactionis competenti permittantur, non obstantibus ullis donationibus, infeudationibus, concessionibus (nisi ultrò & spontaneâ Status alicuius voluntate alicui factæ sint vel fuerint) obligationibus, pro redimendis captivis, aut avertendis devastationibus, incendiisque datis, aut aliis quibuscunque titulis in priorum legitimorum dominorum possessorumque præiudicium acquisitis; cessantibus etiam pactis & fœderibus: aut quibuscunque aliis exceptionibus prædictæ restitutioni adversantibus, quæ omnia pro nullis haberi debent; salvis tamen iis, quæ & quatenus in præcedentibus articulis circa Reginæ Regniq[ue] Sueciæ ut & quorundam Electorum & Principum Imperii Romani satisfactionem vel æquivalentem recompensationem, sive aliter speciatim excepta & disposita sunt, Arque hæc restitutio locorum occupatorum tam à Cæsarea Maiestate, quam à Regia Maiestate Sueciæ, & utriusque sociis, fœderatis & adhærentibus fiat reciproçè & bona fide.

Nullis plane obstantibus exceptionibus.

Salvis tamen iis quæ in satisfactionem hic cessa sunt.

RESTITUANTUR ETIAM ARCHIVA & documenta literaria, alique mobilia, ut & tormenta bellica, quæ in dictis locis tempore occupationis reperta sunt, & adhuc ibi salva reperiuntur; quæ verò post occupationem aliunde eò investa sunt, sive in præliis capta, sive ad usum & custodiam eò per occupantes illata fuerunt, una cum annexis, ut & bellico apparatu iisdem quoque secum exportare & avehere liceat.

§. 15.
De Archivorum restitutions. Quæ vel relinquenda vel auferenda sunt?

TENEANTUR SUBDITI cuiusque loci decedentibus præsidii & militibus currus, equos & naves, cum necessario victu pro omnibus necessariis avehendis ad loca in Imperio destinata, absque pretio subministrare; quos currus, equos & naves restituere debent Præfecti præsidiorum militumque hoc modo discedentium sine dolo & fraude. Libèrent etiam Statuum subditi se invicem ab hoc onere vecturæ de uno territorio in aliud, donec ad loca in Imperio destinata pervenerint: Nec præsidiorum aut aliis militiæ Præfectis aut Officialibus liceat subditos eorumque currus, equos, naves & similia eorum usibus commodata, omnia vel singula extra dominorum suorum, multo minus Imperii fines, secum trahere, eoque nomine obsidibus cavere teneantur.

§. 16.
Discedentibus militibus quænam subministranda sint?

REDDITA VERO, sive maritima & limitanea, sive mediterranea fuerint, dicta loca, ab ulterioribus omnibus, durantibus hisce bellorum motibus introductis præsidii perpetuò posthac libera sunt, & dominorum suorum (salvo de cætero cuiusque iure) liberæ dispositioni relinquuntur.

§. 17.
De futura locorum restitutorum libertate.

NULLI AUTEM CIVITATI vel nunc, vel in futurum ulli præiudicio damnove cedat, quod ab alterutra parte belligerantium occupata & infessa fuerat; sed omnes & singulæ cum omnibus & singulis civibus & incolis tam universalis Amnestiæ, quam cæteris huius pacificationis beneficiis gaudeant, iisque de cætero omnia sua iura & privilegia in sacris & profanis, quæ ante hos motus habuerunt, facta tectaque maneant, salvis tamen iuribus superioritatis cum inde dependentibus pro singulis quarumcunque dominis.

§. 18.
Civitates omnes gaudent Amnestiâ suisque iuribus.

§. 19.
De militia
superflua ex-
auctoratione.

§. 20.
Ordo execu-
tionis ad mi-
litia Duces re-
missus.

ART. XVII.

ARTICULUS XVII.

§. 1.
De Ratihabi-
tione conclu-
sæ pacis.

§. 2.
Est hæc pax
lex Imperii
fundamenta-
lis & regula
perpetua.

§. 3.
Derogatis o-
mnibus quo-
cunque mo-
do eidem ad-
versantibus.

§. 4.
Pœna fractæ
Pacis in trans-
gressores sta-
tuta.

§. 5.
De Garantia
Pacis Uni-
versali, &
gradibus

DENIQUE OMNIUM belligerantium in Imperio partium copiarum & exercitus dimittantur & exauctorentur, eo tantum numero in suos cuiusque proprios Status traducto, quem quæque pars pro sua securitate iudicaverit necessarium. TAM EXAUCTORATIO vero militiarum, quam restitutio locorum ad præfixum tempus eo ordine modoque fiant, de quibus inter Generales Exercituum Duces conveniet, observatis tamen, quoad rem ipsam iis, quæ in puncto Satisfactionis militiarum conventa sunt.

PACEM HOC MODO CONCLUSAM promittunt Cæsarei & Regii Ordinumque Imperii Legati & Plenipotentarii respectivè ab Imperatore & Regina Sueciæ, Sacrique Imperii Romani Electoribus, Principibus & Statibus ad formam hic mutuo placitam ratihabitu iri, seseque infallibiliter præstituros, ut solennia ratihabitionum instrumenta intra spatium octo septimanarum a die subscriptionis computandarum, hic Osna-brugis præsententur & reciproce riteque commutentur.

PRO MAIORI ETIAM horum omnium & singulorum pactorum firmitudine & securitate, sit hæc Transactio perpetua lex & pragmatica Imperii sanctio, imposterum æquè ac aliæ leges & Constitutiones fundamentales Imperii, nominatim proximo Imperii Receptui ipsique Capitulationi Cæsareæ inferenda, obligans non minus absentes quam præsen-tes, ecclesiasticos æquè ac politicos, sive Status Imperii sint, sive non, eaque tam Cæsareis procerumque Consiliariis & officialibus, quam Tri-bunalium omnium Iudicibus & Assessõribus, tanquam Regula, quam per-petuo sequantur, præscripta.

CONTRA HANC TRANSACTIONEM ullumve eius articulum aut clausulam nulla iura Canonica vel civilia, communia vel specialia, Con-ciliorum decreta, privilegia, indulta, edicta, commissiones, inhibiti-ones, mandata, decreta, rescripta, litispententiæ, quocunque tempore lata sententiæ, res iudicatæ, Capitulationes Cæsareæ & aliæ religioso-rum ordinum regulæ, aut exemptiones sive præteriti, sive futuri tempo-ris protestationes, contradictiones, appellationes, investituræ, trans-actioes, iuramenta, renunciationes, pacta sive dediticia sive alia, multo minus edictum Anni millesimi sexcentissimi vigesimi noni, vel trans-actio Pragensis cum suis appendicibus, aut concordata cum Pontificibus, aut interimistica Anni millesimi quingentesimi quadragesimi octavi, ulla-ve alia statuta sive politica sive ecclesiastica decreta, dispensationes, ab-solutiones, vel ullæ aliæ, quocunque nomine aut prætextu excogitari po-terint, exceptiones unquam allegentur, audiantur aut admittantur, nec uspiam contra hanc transactionem in petitorio aut possessorio seu inhi-bitorii, seu alii processus vel commissiones unquam decernantur.

QUI VERO HUIC TRANSACTIONI vel paci publicæ consilio vel ope contravenerit, vel executioni aut restitutioni repugnaverit, vel etiam legitimo modo supra convento & sine excessu facta restitutione sine legitima causæ cognitione & ordinaria iuris executione restitutum de novo gravare tentaverit, sive Clericus sive Laicus fuerit, pœnam fractæ pacis ipso iure & factò incurrat, contraque eum iuxta constitutiones Imperii restitutio & præstatio cum pleno effectu decernatur & deman-detur. PAX VERO CONCLUSA nihilominus in suo robore permaneat, teneanturque omnes huius transactionis consortes universas & singulas huius pacis leges contra quemcunque sine religionis distinctione, tueri &

& protegere, & si quid eorum à quocunque violari contigerit, læsus lædentem, inprimis quidem a viâ facti dehorretur, causâ ipsâ vel amicabili compositioni vel iuris disceptationi submissâ. VERUNTAMEN SI neutro horum modorum intra spatium trium annorum terminetur controversia, teneantur omnes & singuli huius transactionis consortes, iunctis cum parte læsâ consiliis viribusque arma sumere ad repellendam iniuriam, a passo moniti, quod nec amicitia nec iuris via locum inveniunt, salvâ tamen de cætero uniuscuiusque iurisdictione, iustitiæque iuxta cuiusque Principis aut Status leges & constitutiones competenti administratione. ET NULLI OMNINO STATUUM Imperii liceat ius suum vi vel armis persequi, sed si quid controversiæ, sive iam exortum sit, sive posthac incidit, unusquisque iure experiatur: Secus faciens reus sit fractæ pacis. Quæ verò iudicis sententiâ definita fuerint, sine discrimine Statuum executioni mandentur, prout Imperii leges de exequendis sententiis constituunt.

UT ETIAM PAX PUBLICA tanto melius conservari possit, redintegrentur Circuli & statim ac undecunque turbarum vel motuum aliqua initia apparent, observentur ea, quæ in Constitutionibus Imperii de Pacis publicæ executione & conservatione disposita sunt.

QUOTIES AUTEM MILITES quâvis occasione aut quocunque tempore per aliorum territoria aut fines aliquis ducere velit, transitus huiusmodi instituat eorum, ad quem transeuntes milites pertinent, sumptu, atque adeo sine maleficio, damno & noxâ eorum, quorum per territoria ducuntur ac denique omnino observentur, quæ de conservatione pacis publicæ Imperii Constitutiones decernunt & ordinant.

HAC PACIFICATIONE comprehendantur ex parte Serenissimi Imperatoris omnes suæ Maiestatis federati & adherentes, inprimis Rex Catholicus, Domus Austriaca, Sacri Imperii Romani Electores, Principes, interque eos etiam Dux Sabaudia, cæterique Status, comprehensâ liberâ & immediatâ Imperii Nobilitate, & Civitates Anseaticæ, item Rex Angliæ, Rex & Regna Daniae Norwegiæque cum annexis provinciis, ut & Ducatu Schleswicensi, Rex Poloniae, Dux Lotharingiæ, omnesque Principes & Respublicæ Italiæ, Ordinesque federati Belgii & Helvetiæ, Rhetiæque, Princeps etiam Transylvania: EX PARTE VERÒ SERENISSIMÆ REGINÆ Regni que Sueciæ omnes eius federati & adherentes, inprimis Rex Christianissimus, tum Electores, Principes, Status, liberâ & immediatâ Imperii Nobilitate comprehensâ & civitates Anseaticæ, item Rex Angliæ, Rex & Regna Daniae Norwegiæque cum annexis provinciis, ut & Ducatu Schleswicensi, Rex Poloniae, Rex & Regnum Lustraniæ, Magnus Dux Muscoviæ, Respublica Veneta, federatarum Belgium, Helvetii, Rhetiæque & Princeps Transylvania.

IN QUORUM OMNIUM & singulorum fidem maiusque robur tam Cæsarei quam Regii Legati, nomine verò omnium Electorum, Principum ac Statuum Imperii ad hunc actum specialiter ab ipso (vigore conclusi die decimâ tertiâ Octobris anni infra mentionati facti, & ipsâ die subscriptionis sub sigillo Cancellariæ Moguntinæ, Legationi Suedicæ extraditi) Deputati, nimirum Electoralis Moguntinus, Dominus Nicolaus Georgius de Reigersberg, Eques, Cancellarius: Electoralis Bavaricus, Dominus Ioannes Adolphus Krebs, Consiliarius intimus: Electoralis Saxonicus, Dominus Iohannes Leuber, Consiliarius: Electoralis Brandenburgicus, Dominus Ioannes Comes in Sain & Wirgenstain, Dominus in Homburg & Vallendar, Consiliarius intimus: Nominè Domûs Austriacæ, Dominus Georgius Ulricus Comes a Wolckenstain, Consiliarius Cæsareo-Aulicus: Dominus Cornelius Gobelius, Episcopi Bambergensis Consiliarius: Dominus Sebastianus Wilhelmus Meel, Episcopi

N

Her-

contra refractarios.

§. 6. Quomodo efficiendi danda sit Garantia Pacis?

§. 7. Via facti & armorum prohibita. Sententiæ executioni mandentur.

§. 8. De Circulorum redintegratione & Pace Publica.

§. 9. Transitus militum per aliena territoria quomodo instituantur?

§. 10. Quinam hæc pace comprehendantur ex parte Imperatoris?

§. 11. Quinam ex parte Sueciæ?

§. 12. Subscriptio Instrumenti Pacis à presentibus Legatis facta.

Nomina Legatorum qui presentes fuerunt.

L INSTRUMENTUM PACIS 1223

Herbipolensis Consiliarius intimus: Dominus Ioannes Ernestus Ducis Bavariæ Consiliarius Aulicus: Dominus Wolfgangus Conradus à Tumshirn, Consiliarius Aulicus Saxonico-Altenburgensis & Coburgensis: Dominus Augustus Carpzovius Consiliarius Saxonico-Altenburgensis & Coburgensis: Dominus Ioannes Frombhold Domus Brandenburgicæ Culmbacensis & Onolzbacensis Consiliarius intimus: Dominus Henricus Langenbeck Iuris Consultus, Domus Brunsvico-Luneburgicæ lineæ Cellensis Consiliarius intimus: Dominus Iacobus Lampadius Iuris Consultus lineæ Calenbergensis Consiliarius intimus & Pro-Cancellarius: Nomine Comitum Scamni Wetteraviensis Dominus Matthæus Wesembecius Iuris Consultus & Consiliarius: Nomine utriusque Scamni Civitatis Dominus Marcus Otto, Argentoratensis: Dominus Ioannes Iacobus Wolff, Ratisbonensis: Dominus David Gloxius, Lubecensis: & Dominus Iodocus Christophorus Kress à Kressenstain, Norimbergensis Reipublicæ respectivè Syndici, Senatores, Consilarii & Advocati, præfens Pacis Instrumentum manibus sigillisque propriis munierunt & firmarunt, dictique Ordinum Deputati Principalium suorum ratificationes formulâ conventâ termino supra constituto, sese extradituros polliciti sunt. Reliquis Statuum Plenipotentiariis liberum relinquendo, velint an nolint nomina sua subsignare, suorumque Principalium ratificationes accerere, sed hoc pacto atque lege, ut subscriptione iam nominatorum Deputatorum, reliqui Status omnes & singuli, qui subscriptione & ratificatione superfedent, tam firmiter ad observantiam & manutentioniam eorum, quæ in hoc pacificationis Instrumento continentur, obligati sint, ac si ab ipsis subscriptio fuerit facta, & exhibita ratificatio: nec ulla a Directorio Imperii Romani contra subscriptionem a memoratis Deputatis factam, recipiatur aut valeat vel protestatio vel contradictio. Acta sunt

Relictâ absentibus subscribendi facultate. Absentes quæ ad hanc Pacem obligati sunt.

Nulla contra Pacem valeat protestatio vel contradictio.

Exemplum Mandati Cæsareæ Maiestatis.

hæc Osnabrugis Westphalorum, Die vigesima] quartâ Mensis Octobris, Anno Christi Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo octavo.

Nos FERDINANDUS Tertius, Divina favente clementia, Electus Romanorum Imperator semper Augustus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Schlavoniæ &c. Rex, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ &c. Marchio Moraviæ, Dux Lucemburgiæ ac Superioris & Inferioris Silesiæ, Wirtembergæ & Teckæ, Princeps Sueviæ, Comes Habsburgi, Tyrolis, Ferretis, Kyburgi & Goritiæ, Landgravius Alsatia, Marchio Sacri Romani Imperii Burgoviæ ac Superioris & Inferioris Lusatia, Dominus Marchiæ Schlavonicæ, Portus Naonis & Salinarum &c. Universis & singulis quorum interest aut quomodolibet interesse potest notum testatumque facimus. Postquam ab aliquo tempore, primum inter divum Patrem nostrum, Serenissimum ac Potentissimum Principem, Dominum FERDINANDUM Secundum, Romanorum Electum Imperatorem semper Augustum, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Schlavoniæ &c. Regem, Archiducem Austriæ, Ducem Burgundiæ, Brabantiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Marchionem Moraviæ, Ducem Lucemburgiæ, ac Superioris & Inferioris Silesiæ, Wirtembergæ & Teckæ, Principem Sueviæ, Comitem Habsburgi, Tyrolis, Ferretis, Kyburgi & Goritiæ, Landgravium Alsatia, Marchionem Sacri Romani Imperii Burgoviæ ac Superioris & Inferioris Lusatia, Dominum Marchiæ Schlavonicæ, Portus Naonis & Salinarum &c. pietissimæ ac gloriosissimæ memoriæ; Deinde etiam inter Nos sociosque nostros ab una parte: Et Serenissimum quondam Principem, Dominum GUSTAVUM ADOLPHUM, Suecorum, Gothorum Wandalarumque Regem, Magnum Principem Finlandiæ, Ducem Esthoniæ & Careliæ, Ingridæque Dominum; ac post Eius è vita decessum inter modernam Serenissimam Prin-

Principem, Dominam CHRISTINAM, Suecorum, Gothorum Wandalorumque Reginam & Principem Hæreditariam, Magnam Principem Finlandiæ, Ducissam Ethoniæ & Careliæ, Ingridiæque Dominam, Eiusque confederatos & adhærentes ex altera parte: non sine multâ sanguinis Christiani profusione, & multarum Germaniæ Provinciarum desolatione, armis satis vehementer sit decertatum; nuper vero ad tractatus super compositione eiusmodi motuum Osnabrugi instituendos & concludendos ex partium utrinque belligerantium conventionem, dies undecima Iulii anni millesimi sexcentissimi quadagesimi tertii indicta fuerit. Hinc Nos ex nostra parte, nihil eorum, quæ ad promovendum & concludendum tam salutare negotium ullo modo pertinere possunt desiderari volentes, præter Magnificum, nec non honorabilem, Doctum, Nostros Consiliarios Imperiales Aulicos & Sacri Imperii fideles dilectos, Ioannem Maximilianum, Comitem a Lamberg &c. Camerarium nostrum, & Ioannem Crane Iuris utriusque Licentiatum, iam ante a nobis constitutos Plenipotentiarios, etiam illustri & magnifico Nostro & Sacri Imperii fidei dilecto Maximiliano Comiti a Trautmansdorff & Weinsperg, Baroni in Gleichenberg, Neostadii ad Cocrum, Negau, Burgau, & Totzenbach, Domino in Teinitz &c. Equiti Aurei velleris, Consiliario nostro Secreto, Camerario & Supremo Aulæ Præfecto, tanquam primario nostro Plenipotentiario, plenam ac sufficientem potestatem tribuerimus, prout hisce animo deliberato tribuimus, ad comparandum dicto loco, congregiendumque nostro nomine, per se vel per subdelegatos suos cum iis, quos dicta Serenissima Regina Regnumque Sueciæ ad hanc rem legitimis ac sufficientibus mandatis ac plenipotentia instructos constituerit aut imposterum constituere poterit Commissariis sive Plenipotentiaris ad tractandum, agendum & statuendum, de viis, mediis, ac conditionibus omnibus, quibus propositus utrinque scopus, amicitia nimirum ac pacis redintegratio obtineri ac stabiliri possit: Nec non ubi de his conventum fuerit ad eandem pacem Nostro nomine cum iisdem concludendam & confirmandam: Quicquid igitur Comes a Trautmansdorff, Comes a Lamberg & Crane, nostri Commissarii, simul, vel uno eorum impedito aut absente duo ex iisdem cum adversæ partis Commissariis, vel eorum subdelegatis in hunc finem per se, sive per suos subdelegatos tractaverint, egerint ac statuerint, id nos omni meliori modo ratum gratumque habituros, vigore harum Imperiali ac inviolabili fide promittimus. In quorum fidem roburque, præsentibus manu nostrâ subscriptas, sigillo nostro Imperatorio firmari iussimus. Datum in arce nostra Lincii, die quarta mensis Octobris, anno domini millesimo sexcentesimo quadagesimo quinto, Regnorum nostrorum Romani nono, Hungarici vigesimo, Bohemici vero decimo octavo.

FERDINANDUS

Vt

Ferdinandus Comes Curtius



Ad mandatum Sacræ Cæsareæ Maiestatis proprium
Ioan: Walderode.

N 2

Nos

Exemplum
Mandati Re-
ginae Sueciae.

Nos CHRISTINA Dei gratia Suecorum, Gothorum, Wandalo-
rumque designata Regina & Princeps hæreditaria, Magna Princeps Fin-
landia, Dux Esthonia & Carelia, Ingriaeque Domina &c. Univerfis &
singulis quorum interest, aut quomodolibet interesse potest, notum testa-
tumque facimus; Postquam ab aliquo iam tempore, primum inter Di-
vum Parentem nostrum, Serenissimum ac Potentissimum Principem, Do-
minum GUSTAVUM ADOLPHUM, Suecorum, Gothorum,
Wandalorumque Regem, Magnum Principem Finlandiae, Ducem Es-
thoniae & Careliae, Ingriaeque Dominum &c. (pietissimae & gloriosis-
simae recordationis) deinde etiam inter Nos Regnumque Sueciae ac soci-
os nostros ab una parte: Et Serenissimum quondam ac potentissimum Prin-
cipem, Dominum FERDINANDUM Secundum, Romanorum Ele-
ctum Imperatorem, Germaniae, Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croa-
tia & Schlavoniae Regem, Archiducem Austriae, Ducem Burgundiae,
Brabantiae, Stiriae, Carinthiae & Carniolae, Marchionem Moraviae, Du-
cem Lucemburgiae ac Superioris & Inferioris Silesiae, Wirtembergae &
Teckae, Principem Sueviae, Comitem Habsburgi, Tyrolis, Ferretis,
Kyburgi & Goritiae, Landgravium Alsatiae, Marchionem Romani Im-
perii, Burgoviae ac Superioris & Inferioris Lusatiae, Dominum Marchiae
Schlavonicae, Portus Naonis & Salinarum &c. Ac post Eius è vitâ decef-
sum inter modernum eiusdem nominis Serenissimum atque Potentissimum
Principem, Dominum FERDINANDUM Tertium, itidem Roma-
norum Electum Imperatorem, Germaniae, Hungariae, Bohemiae, Dal-
matiae, Croatia & Schlavoniae Regem, Archiducem Austriae, Ducem
Burgundiae, Brabantiae, Styriae, Carinthiae & Carniolae, Marchionem
Moraviae, Ducem Lucemburgiae ac Superioris & Inferioris Silesiae, Wur-
tembergae & Teckae, Principem Sueviae, Comitem Habsburgi, Tyro-
lis, Ferretis, Kyburgi & Goritiae, Landgravium Alsatiae, Marchio-
nem Romani Imperii, Burgoviae ac Superioris & Inferioris Lusatiae, Do-
minum Marchiae Schlavonicae, Portus Naonis & Salinarum &c. Eius-
que Confederatos & adhaerentes, ab alterâ parte; non sine multa san-
guinis Christiani profusione, & multarum Germaniae Provinciarum de-
folatione armis satis vehementer sit decertatum: ipsa vero humanitatis
ratio flagitet, ut de pace ac tranquillitate restituenda ac belli motibus se-
dandis cogitatio utrinque suscipiatur. Nos sicuti hunc semper armorum
nostrorum scopum propositum habuimus, ita ne quid a parte nostra de-
sit, quod ad tam salutare negotium adprehendendum promovendumque
pertinere ullo modo poterit; In mandatis propterea dedimus ac commi-
simus, sicut & vigore harum in mandatis damus ac committimus nostris
Regni nostri fidelibus, Illustri, Magnificis ac generosis, nobis sincere di-
lectis, Domino Ioanni Oxenstierna, nostro Regnique Sueciae Senatori &
Cancellariae Consiliario, Comiti in Södermöre, libero Baroni in Kymi-
tho, Domino in Fyholm, Hörningzholm & Tullegarn; Et Domino Io-
anni Salvio, nostro Consiliario Secretiori, Aulæ Cancellario, & hæc-
tenus in Germania Legato, Haereditario in öfswerby & Tullingen &c.
Eisque plenam ac tantae rei sufficientem potestatem tribuimus, ut cum
iis quos Caesarea Maiestas ad hanc rem legitimis ac sufficientibus manda-
tis ac plenipotencia instructos constituit, aut constituere poterit Com-
missariis, vel ipsi, vel per Subdelegatos suos congregiantur, tractent, a-
gant, ac statuunt de viis, mediis ac conditionibus omnibus, quibus pro-
positus utrinque scopus, amicitiae nimirum ac pacis redintegratio obti-
neri ac stabiliri possit. Quidquid igitur dicti Legati nostri cum alterius
partis Commissariis, aut eorum subdelegatis in hunc finem sive per se, si-
ve per suos subdelegatos tractaverint, egerint ac statuerint, non obsta-
te alterius absentia, morbo, aut alio gravi impedimento, id nos omni
meliori modo ratum gratumque habituras vigore harum Regia ac invio-
la-

labili fide promittimus. In quorum fidem maiorem accertitudinem præ-
sentes manu nostrâ subscriptas sigillo nostro Regnique maiori muniri ius-
simus. Dabatur in Regia nostra Stockholmensi die Decima Decembris
Anno supra millesimum sexcentessimum, quadagesimo quinto.

Christina



Ioannes Maximilianes Comes
à Lamberg, Mpria.



Iohannes Orenstierna
Comes Moreæ Auftralis.



Ioannes Crane.



Iohannes Adler Salvius.

- Nomine Domini Electoris Moguntini
- (L.S.) Nicolaus Georgius Raigersperger mpria.
- Nomine Domini Electoris Bauaria.
- (L.S.) Ioannes Adolphus Krebs mpr.
- Nomine Domini Electoris Saxonæ.
- (L.S.) Ioannes Leüter.
- Nomine Domini Electoris Brandenburgici.
- (L.S.) Ioannes Comes in Sain & Wittgenstein &c.
- Nomine Domus Auftriacæ.
- (L.S.) Georgius Udalricus Comes in Wolkenstain & Rodnegg.
- Nomine Domini Episcopi Bambergensis.
- (L.S.) Cornelius Gobelius.
- Nomine Domini Episcopi Herbipolensis ducis Franconiæ &c.
- (L.S.) S. bastianus Wilhelmus Meel mpria.
- Nomine Domini Ducis Bauariæ &c.
- (L.S.) Ioannes Ernestus Ictus mpria.

No-

- Nomine Domini Ducis Saxoniae Lineae Aldenburgeris
(L.S.) Wolfgangus Cunradus à Thumbshirnn Consiliarius Aldenburgeris & Coburgeris.
- Nomine Domini Ducis Saxoniae &c. lineae Aldenburgeris
(L.S.) Augustus Carpsov D. Consiliarius Aldenburgeris & Coburgeris.
- Nomine Domini Marchionis Brandenburgici Culmbacensis
(L.S.) Matthæus Wefenbecius Consiliarius El. Brand. intimus.
- Nomine Domini Marchionis Brandenburgici Onolsbacensis
(L.S.) Iohannes Fromhold Consiliarius Electoralis Brandenburg: intimus.
- Nomine Domini Ducis Brunsvigo-Lunæburgeris Cellensis
(L.S.) Henricus Langenbeck, consiliarius intimus.
- Nomine Ducis Brunsvico Lunæburgici Grupenhagensis
(L.S.) Iacobus Lampadius Ictus.
- Nomine Domini Ducis Brunsvico Lunæburgici Guelphebytani
(L.S.) Chrysofomus Cöler D. & Consiliarius.
- Nomine Domini Ducis Brunsvico Lunæburgici Calenbergensis.
(L.S.) Iacobus Lampadius Ictus Consiliarius intimus & Procancellarius.
- Nomine Domini Ducis Megapolitano-Swerinensis, proprio & tutorio nomine
Domini Ducis Megapolitano-Gustroviensis
(L.S.) Abraham Sayer D. Consiliarius intimus.
- Nomine Domini Electoris Brandenburgici, tanquam Ducis Pomeraniae, Stetini &c.
(L.S.) Matthæus Wefenbecius Consiliarius intimus.
- Nomine Domini Electoris Brandenburgici, tanquam Ducis Pomeraniae Wolgasti.
(L.S.) Iohannes Fromhold Consiliarius intimus.
- Nomine Domini Ducis Wurtembergici
(L.S.) Iohan. Conrat. Varnbüler, à Consiliis Regiminis Secreticibus.
- (L.S.) Nomine Dominae Landgraviae Hasso Castellanae Steinhardt Schaffer.
(L.S.) Nomine Domini Landgravii Hasso Darmstad. Ioannes Iacob Wolff à Lodenwartt Consiliarius.
- Nomine Domini Marchionis Badensis Durlacensis
(L.S.) Ioannes Georgius de Merckelbach, Consiliarius.
- Nomine Domini Marchionis Baden Badensis
(L.S.) Ioannes Iacobus Datt in Dieffenau.
- Nomine Domini Ducis Saxo-Lawenburg.
(L.S.) David Gloxin. D.
- Nomine Domini Ducis Wurtembergici, tanquam Comitum Mompelgartensis
(L.S.) Iohan. Conrad Varnbüler mpria.
- Nomine Dominorum Comitum & Baronum Scamni Wetteratici
(L.S.) Matthæus Wefenbecius qui supra mpria.
- Nomine Dominorum Comitum & Baronum Scamni Franconici.
(L.S.) Iohan. Conrad Varnbüler mpria.
- (L.S.) Nomine Reipublicae Argentinenfis, Eiusdem Consil. & Advocatus Marcus Otto U. I. D. itemque nomine Civitatis Spirensis, Weisenburgeris ad Rhenum & Landavienfis.
- (L.S.) Nomine Reipub. Ratisbonensis Ioannes Iacob Wolff à Lodenwartt, Consil. & Syndicus.
- (L.S.) Nomine Reipublicae Lubecensis eiusdem Syndicus, David Gloxinus U. I. D. Idemque nomine Civitatum Goslar & Nordhausen.

(L.S.)

(L.S.) Nomine Reipublicæ Noribergensis Iodocus Christophorus Kres
à Kressenstain eiusdem Senator, ut & respectu civitatum
Winsheimensis & Schweinfurtenensis.

Nomine liberarum Imperii Civitatum Hagenoæ, Colmaria, Se-
lestadii, Ober Ehenhemii, Keisersbergæ, Monasterii in
Valle S^ti Gregorii, Roshemii & Turinghemii

(L.S.) Iohann Balthasar Schneider, Syndicus Colmariensis, & oppidi
S^tæ Crucis Præfectus.

(L.S.) Nomine Reipublicæ Ulmenfis, Marcus Otto D. idemque nomine
Civitatis Giengenfis, Aalensis & Bopfingenfis.

(L.S.) Nomine liberæ Imperialis Civitatis Tremonienfis Georgius
Kumpthoff Syndicus.

Nomine liberarum Imperii Civitatum: Eslingæ, Reutlingæ,
Nordlingæ, Halæ Suevorum, Heilbronnæ, Lindavia ad
lacum Acronium, Campoduni, Weisseburgi in Noricis &
Wimpinæ.

(L.S.) Valentinus Heider. D.

Instrumentum hoc pacis Westphalicae
cum autographo, a Caesareis Regiisque
Coronae Sueciae Legatis, nec non omni-
um Electorum, Principum ac Statuum
Imperii Deputatis subscripto, inque Archi-
vo S^æ R^æ M^{tis} Regnique Sueciae, conser-
vato, verbotenus concordare palam te-
stamur. Holmiae d. xxviii. Ian. A. O. R.
clō lō ccxxxvii.

Anders Anton Siernman

Actuarius supradicti Archivi



Sobertschénholtz

*Registrator & Cancellarius
S. R. M^{tis} Regniq. Suecicæ*



N. I.

*Formula Ratificationis Caesareae Instrumenti Pacis
Caesareo-Suecicae.*

Nos FERDINANDUS Tertius Divina favente clementia electus Romanorum Imperator semper Augustus, Germaniae, Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae, Sclavoniae &c. Rex, Archidux Austriae, Dux Burgundiae, Brabantiae, Styriae, Carinthiae, Carniolae, Marchio Moraviae, Dux Luxemburgiae, superioris ac inferioris Silesiae, Wirtembergae & Teckae, Princeps Sueviae, Comes Habsburgi, Tyrolis, Kyburgi & Goritiae, Landgravius Alfatiae, Marchio Sacri Romani Imperii, Burgouiae, ac superioris & inferioris Lusatiae, Dominus Marchiae Sclauonicae, Portus Naonis & Salinarum &c. Notum facimus omnibus & singulis praesentes literas inspecturis, lecturis, vel legi audituris, aut quomodocumque infra scriptorum noticia ad ipsos pervenire poterit; Postquam ob natum in Sacro Romano Imperio Germanicae nationis ab hinc annis circiter viginti octo civile & internum bellum, cui deinde exteri quoque Reges & Principes accesserunt, non solum totam Germaniam, verum etiam alias Europae Provincias christiani nominis maximis calamitatibus affici contigerit, atque inter Divum Patrem nostrum Serenissimum ac Potentissimum Principem Dominum Ferdinandum secundum, electum Romanorum Imperatorem semper Augustum, Germaniae, Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae, Sclavoniae &c. Regem, Archiducem Austriae, Ducem Burgundiae, Brabantiae, Styriae, Carinthiae, Carniolae, Marchionem Moraviae, Ducem Luxemburgiae, Superioris ac Inferioris Silesiae, Wirtembergae & Teckae, Principem Sueviae, Comitem Habsburgi, Tyrolis, Kyburgi & Goritiae, Landgravium Alfatiae, Marchionem Sacri Romani Imperii, Burgouiae ac superioris & inferioris Lusatiae, Dominum Marchiae Sclauonicae, Portus Naonis & Salinarum &c. piensissimae & gloriosissimae memoriae; Deinde inter Nos sociosque nostros ab una parte, & serenissimum quondam Principem Dominum Gustavum Adolphum Suecorum, Gothorum & Vandalorum Regem, Magnum Principem Finlandiae, Ducem Esthoniae & Careliae, Ingriaeque Dominum inclytae recordationis, ac post eius e vita discessum, inter Serenissimam & Potentissimam Principem, Dominam Christinam Suecorum, Gothorum & Vandalorum Reginam & Principem haereditariam, magnam Principem Finlandiae, Ducem Esthoniae, Ingriaeque Dominam, eiusque foederatos & adhaerentes ex altera parte; non sine multa sanguinis Christiani profusione, & multarum Germaniae Provinciarum desolatione armis satis vehementer decertatum sit, tandem instituto ea de re iuxta conventionem Hamburgi die decima quinta Decembris, anno Domini millesimo sexcentesimo quadragesimo primo initam partium utrinque belligerantium Osnabrugis Westphalorum congressu, post longos & laboriosos tractatus inter Nos & Sacrum Romanum imperium nostramque Domum Austriacam, tum praedictam Reginam Regnumque Sueciae per nostros ab utraque parte huic congressui destinatos Legatos & Plenipotentiarios, assistentibus etiam (correct. consentientibus &) suffragantibus nostrorum ac Sacri Romani Imperii fidelium Electorum, Principum & Statuum Plenipotentiaris & Deputatis ad hoc per Nos specialiter euocatis & requisitis Divina favente clementia pacem & amicitiam conclusam & ad ratificationem nostram perfectam esse, forma, modo ac tenore sequenti,

Inferatur Tractatus.

Cum igitur hæc omnia & singula per nostros Legatos & Plenipotentiarios supra memoratos nostro præscitu, iussu & mandato hunc ad modum, prout hic verbotenus inserta & descripta leguntur, gesta, peracta & conuenta sint, Nos eadem omnia & singula præhabita maturâ & diligenti consideratione ex certâ nostrâ scientiâ approbamus, ratificamus & confirmamus, rataque & firma esse & fore virtute præsentium declaramus, simulque verbo Imperiali (*omif.* Regio & Principali) promittimus pro Nobis nostrisque successoribus, & Imperio Romano, totaque Austriacâ Domo, Nos omnes & singulos supradescriptos articulos, & quicquid totâ hac pacis conventionione continetur, firmiter, constanter ac inviolabiliter servaturos atque executioni mandatueros, nullâque ratione vel per Nos, vel per alios ullo unquam tempore contraventuros, aut ut per alios contraveniatur, passuros quomodocunque id fieri possit, omni dolo & fraude exclusis.

In horum omnium testimonium & fidem sigillum nostrum Cæsareum manus huic Diplomati manu nostra subscripto appendi fecimus. Datum in civitate nostra Viennæ die septima mensis Nouembris, anno Domini millesimo sexcentesimo quadragesimo octavo, Regnorum nostrorum Romani Duodecimo, Hungarici vigesimo tertio, Bohemici vero vigesimo primo.

FERDINANDUS.*V. Ferdinandus Comes**Curtius.*

Ad mandatum Sac^e Cæs^e Maiestatis
proprium

Ioan. Walderode,

Pro vera copia

Anders Anton Stiernman

Actuarius Archivi S. R.

M^{is} Regni que Sueciz.*Job. Arckenholtz*

Registrator Cancellariæ

S. R. M^{is} Regni que Sueciz.

N. II.

*Formula Ratificationis Suecicæ Instrumenti Pacis
Cæsareo-Suecicæ.*

Nos CHRISTINA, Dei Gratiâ, Suecorum, Gothorum Wandalorumque designata Regina & Princeps Hæreditaria, Magna Princeps Finlandiæ, Dux Esthoniæ & Careliæ, Ingridæque Domina &c. Universis & singulis, quorum interest, aut quomodolibet interesse potest, notum testatumque facimus, postquam à multo iam tempore, primum inter Divum Parentem nostrum, Serenissimum ac Potentissimum Principem, Dominum GUSTAVUM ADOLPHUM, Suecorum, Gothorum Wandalorumque Regem, Magnum Principem Finlandiæ, Ducem Esthoniæ & Careliæ, Ingridæque

P

Do-

Dominum (pientissimæ ac gloriosissimæ recordationis) deinde etiam inter Nos, Regnumque Sueciæ ac Socios nostros ab unâ parte, & Serenissimum quondam ac Potentissimum Principem, Dominum FERDINANDUM Secundum, Romanorum Electum Imperatorem semper Augustum, Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ & Schlavoniæ Regem, Archiducem Austriæ, Ducem Burgundiæ, Brabantiæ, Sciriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Marchionem Moraviæ, Ducem Luxemburgiæ, Superioris ac Inferioris Silesiæ, Wurtembergæ & Teckæ, Principem Sueviæ, Comitem Habsburgi, Tyrolis, Kiburgi & Goritiæ, Landgravium Alfatæ, Marchionem Sacri Romani Imperii, Burgoviæ, ac Superioris & Inferioris Lufatiæ, Dominum Marchiæ Schlavonicæ, Portus Naonis & Salinarum, ac post eius è vita discessum inter modernum eiusdem nominis Serenissimum ac Potentissimum Principem, Dominum FERDINANDUM Tertium, iidem Romanorum Electum Imperatorem semper Augustum, Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ & Schlavoniæ Regem, Archiducem Austriæ, Ducem Burgundiæ, Brabantiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Marchionem Moraviæ, Ducem Luxemburgiæ, Superioris ac Inferioris Silesiæ, Wurtembergæ & Teckæ, Principem Sueviæ, Comitem Habsburgi, Tyrolis, Kyburgi & Goritiæ, Landgravium Alfatæ, Marchionem Sacri Romani Imperii, Burgoviæ, ac Superioris & Inferioris Lufatiæ, Dominum Marchiæ Schlavonicæ, Portus Naonis & Salinarum, Eiusque Confederatos & adherentes ex alterâ parte, non sine multâ Christiani sanguinis profusione, & multarum Germaniæ Provinciæ defolatione, armis satis vehementer decertatum sit: Tandem instituto eâ de re, iuxta Conventionem Hamburgi die decimâ quintâ Decembris, Anno Domini Millesimo Sexcentesimo quadragesimo primo initam, partium utrimquè belligerantium Osna-brugis Westphalorum Congressu, post longos & laboriosos Tractatus inter Nos Regnumque nostrum, tum prædictum Imperatorem & Sacrum Romanum Imperium domumquè Austriacam, per utrimque destinatos huic Congressui Legatos & Plenipotentiarior, Divina favente clementia, pacem & amicitiam conclusam & ad Ratificationem nostram perfectam esse, formâ, modo & tenore sequenti,

Inseratur Tractatus.

Cum igitur hæc omnia & singula per nostros Legatos & Plenipotentiarior supra memoratos nostro præscitu, iussu & mandato hunc ad modum, prout hic verbotenus inserta & descripta leguntur, gesta, peracta & conventa sint; Nos eadem omnia & singula, præhabita cum fidelibus nobis, sincere dilectis nostris, Regni que nostri Sueciæ Senatoribus matura & diligenti deliberatione, ex certâ nostra scientia approbamus, ratihabemus & confirmamus, rataque & firma esse & fore virtute præsentium declaramus, simulque verbo Regio promittimus ac spondemus pro nobis nostrisque successoribus & hæredibus Regnoque Sueciæ, Nos omnes & singulos supra descriptos Articulos, & quicquid tota hac pacis conventionis continetur, statuitur ac disponitur, firmiter, constanter ac inviolabiliter servaturas atque executioni mandaturas, nullâque ratione vel per Nos vel per alios ullo unquam tempore contraventuras, aut ut per alios contraveniatur, passuras, quomodocunque id fieri possit; omnidolo & fraude exclusis. In horum omnium testimonium & fidem sigillum nostrum Regium maius huic diplomati manu nostra subscripto appendi iussimus. Actum Stockholmiæ die decima octava mensis Novembris, Anno supra millesimum sexcentimum quadragesimo octavo,

CHRISTINA.

N. III.

N. III.

*Legatorum Cæsareorum de correctionibus Instrumenti Pacis,
testimonium.*

Attestatum de Correctione Instrumenti.

Notum sit universis & singulis quorum interest, quod cum in describendo Diplomate Cæsareo ratihabitionis Instrumenti Pacis ex incuria scribentis in Articulo decimo quinto, paragrapho: Quod vero Quæstores &c. post verbum interea vox Semper: deinde paragrapho: Quod Controversias inter domos Hassiacas &c. post voculam subsignata, hæc verba, Conventuique huic insinuata: Tertio in clausula ratificatoria post verbum Imperiali, ista verba, Regio & Principali, ommissa fuerint; item in eodem paragrapho finali insertum: Assistentibus etiam, cum scribi debuisset, Consentientibus & c. Nos virtute nostrarum plenipotentiarum dictos defectus & errores mea Comitissæ de Lamberg propria manu correxerimus & suppleverimus. In cuius rei fidem hoc nostrum attestatum, nè dicta correctio ullo unquam tempore in præiudicium interessatorum quælibet allegari aut exponi possit aut valeat, expediri ac à nobis subscribi placuit. Actum Monasterii die 18 Febr. Anno millesimo sexcentesimo quadragesimo nono.

*Ioannes Maximilianus
Comes à Lamberg.*

Ioannes Crane.

N. IV.

Declaratio Paciscentium de executione Pacis citra moram peragenda.

De executione conclusæ pacis.

Cum nondum omnia executioni mandata sint, quæ vigore conclusæ pacis ante ratihabitionum commutationem præstanda fuerunt, è re tamen visum sit, ne dicta Commutatio diutius differatur, Electorum, Principum & Imperii Statuum Legati per extraordinarios deputatos in præsentia Cæsareæ Legationis, federatarum Coronarum Legatis stipulatâ manu, nomine totius Imperii denuò promiserunt ea omnia, quæ ante Commutationem in effectum deduci debuissent, statim à facta commutatione iuxta tenorem literarum nomine Ordinum die 13 Ianuarii proximè elapsi ad Sacram Cæsaream Maiestatem perscriptarum, publicæque conventionis præscriptum realiter & sincerè executioni & effectui mandatum iri. Quantum vero restitutionem locorum & exauctorationem militum attinet, cum in Instrumento pacis cautum sit, quod antequam ad rem ipsam procedatur, de modo & ordine, quo talis evacuatio & exauctoratio instituenda sit, certa conventio per exercituum Duces iniri debeat, pro maiori huius negotii promotione concipiatur hic Monasterii ordo modusque, quo huiusmodi restitutio & exauctoratio quam commodissime & securissime fieri posse videatur, atque ad dictos partium Du-

ces per expressos Cursores mittatur, cum requisitione, ut de matura executione quàm primum conveniant. In quorum fidem maiusque robur declaratio præsens Cæsareanorum, Regiorum & Statuum Imperii Protocolis inserta est. Actum Monasterii die 17, Februarii Anno 1649.



Cancellaria Moguntina.

Pro vera Copia

IOH. ARCKENHOLTZ
Cancellariæ Reg. Regnique
Sueciæ Registrator.

N. V.

*Articulus secretus de redimendis Provinciis Cæsaris hereditariis
à Succorum præfidiis.*

Articulus Secretus.

Cum inter cætera, quæ Serenissimæ Regiæ Sueciæ ut sibi pro locorum hoc bello tum in Imperio, tum in terris & regnis Imperatoris hæreditariis occupatorum restitutione satisfieret pacique publicæ in Imperio restaurandæ condigne prospiceretur, præstari oportere convenita sunt, etiam hoc actum sit, ut nomine Sacræ Cæsareæ Maiestatis dictæ Regiæ Sexcenta Dalerorum Imperialium millia exsolverentur. Ideo declarant Suæ Maiestatis Plenipotentiarii, & vigore suæ Plenipotentia præmittunt Quadringenta Dalerorum Imperialium millia, de futuris Imperii collectis, quæ de consensu Sacri Romani Imperii Electorum, Principum & Ordinum in Comitibus Imperialibus indicentur, pro ea parte, quæ Coronæ Sueciæ respectu Provinciarum, terrarum & locorum præsentis pacis Tractatu cessorum exsolvenda incumbet, defalcari oportere, adeo ut in futurum dicta corona pro dictis provinciis, terris & locis, nullas prorsus Imperatori & Imperio collectas præstare teneatur, donec tota ista summa Quadringentorum millium Imperialium thalerorum compensata fuerit. Si quid etiam ex antehac indictis Imperii collectis restiterit, quod dictæ Provinciæ fortè solvere tenebantur, id quoque virtute præsentis conventionis Serenissimæ Regiæ cessum remissumque esto. Quod autem

tem reliqua ducenta Imperialium thalerorum millia attinet, ea summa nomine Cæsareæ Maiestatis officialibus Serenissimæ Reginæ sufficienti ad id mandato instructis Hamburgi à die pacis conclusæ & subscriptæ intra menses tres infallibiliter & bonâ fide numerabitur & expendetur. Actum Osnabrugis die 18. Februarii Anno 1647.

M. C. de Trautmansdorff

J. Maximilianus Com. de Lamberg

Johannes Crane. Isaacus Wolmar.



N. VI.

Cæsarea Ratihabitio articuli secreti modo adducti.

Nos FERDINANDUS TERTIUS divina favente clementia Electus Romanorum Imperator semper Augustus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ &c. Rex, Archi Dux Austriæ, Dux Burgundiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ & Wirtembergæ, Comes Tyrolis &c. Agnoscimus tenore præsentium pro nobis & successoribus nostris Romanorum Imperatoribus & Regibus, nec non Regnis & Provinciis nostris hæreditariis: Quod cum Nostri ad Universales pacis Tractatus deputati Legati Plenipotentarii in puncto satisfactionis cum Plenipotentiariis Serenissimæ Reginæ Sueciæ Osnabruggæ concluso, ibidem quoque decima octava Februarii anni proxime præteriti, per specialem recessum, sive articulum secretum sese declararint & obligarint, quod Serenitati Sux inter alia pro restitutione locorum tam in Imperio, quam Regnis & Provinciis Nostris hæreditariis occupatorum, quatuor centena millia thalerorum Imperialium solvi debeant ex futuris contributionibus, communi Electorum, Principum ac Statuum Imperii consensu in universalibus Comitibus indicendis ac publicandis, pro ea quota, quæ Principatibus & Ditionibus Serenitatis Sux per pacem vigesima quarta Octobris nupere conclusam, subscriptam & postredie publicatam à nobis & Imperio Eidem concessis contribuenda obtinget, defalcanda toties ac tam diu, donec summa dictorum quatuor centenorum millium thalerorum plene soluta fuerit, quousque ex quota indictarum contributionum præfatas Ditiones & Principatus contingente, nihil solvere vel præstare teneatur: ac præterea si dictis Ditionibus ac Principatibus ex præteritis indictionibus sive contributionibus residui aliquid adhuc solvendum incumberet, quod id quoque Sux Serenitatis remissum ac vigore huius conventionis cessum esset; Quod vero ad reliqua bis centena millia thalerorum Imperialium attinet, ea à Nobis, sive Nostro nomine Sux Serenitatis ad id sufficienter instructis Mandatariis intra terminum trium mensium à dato vigesimo quarto Octobris computandorum, in Nostra & Sacri Imperii Civitate Hamburgensi infallibiliter numerari debeant. Ac Nos ea omnia, quæ dicti Nostri Legati Plenipotentarii virtute suarum Plenipotentiarum, tam in hoc particulari recessu, quam ipso Pacis Tractatu promiserunt, adimplere intendamus ac parati simus: Idcirco iterum declaramus ex certa scientia ac vigore præsentium pro Nobis & Successoribus

Q

INSTRUMENTVM
PACIS
CÆSAREO-GALLICVM.

IN NOMINE SACROSANCTÆ ET INDIVIDUÆ
TRINITATIS, AMEN.

Notum sit universis & singulis, quorum interest, aut quomodolibet interesse potest; Postquam à multis annis orta in Imperio Romano diffidia, motusque Civiles eò usque increverunt, ut non modò universam Germaniam, sed & aliquot finitima Regna, potissimum verò Galliam ita involverint, ut diuturnum & acre exinde natum sit bellum: Primò quidem inter Serenissimum & Potentissimum Principem ac Dominum, Dominum FERDINANDUM II. Electum Romanorum Imperatorem semper Augustum, Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiae, Sclavoniæ Regem, Archiducem Austriæ, Ducem Burgundiæ, Brabantiae, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Marchionem Moraviæ, Ducem Luxemburgiæ, Superioris ac Inferioris Silesiæ, Wurtembergæ & Teckæ, Principem Sueviæ, Comitem Habsburgi, Tyrolis, Kyburgi & Goritiæ, Marchionem Sacri Romani Imperii, Burgoviæ, ac Superioris & Inferioris Lusatiæ, Dominum Marchiæ Sclavonicae, Portus Naonis & Salinarum, inelytæ memoriæ, cum suis Fœderatis & Adhærentibus ex unâ: & Serenissimum ac Potentissimum Principem ac Dominum, Dominum LUDOVICUM XIII. Galliarum & Navarrae Regem Christianissimum, inelytæ memoriæ, eiusque Fœderatos & Adhærentes ex altera parte. Deinde post eorum è vita decessum, inter Serenissimum & Potentissimum Principem ac Dominum, Dominum FERDINANDUM III. Electum Romanorum Imperatorem semper Augustum, Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiae, Sclavoniæ Regem, Archiducem Austriæ, Ducem Burgundiæ, Brabantiae, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Marchionem Moraviæ, Ducem Luxemburgiæ, Superioris ac Inferioris Silesiæ, Würtembergæ & Teckæ, Principem Sueviæ, Comitem Habsburgi, Tyrolis, Kyburgi & Goritiæ, Marchionem Sacri Romani Imperii, Burgoviæ, ac Superioris & Inferioris Lusatiæ, Dominum Marchiæ Sclavonicae, Portus Naonis & Salinarum, cum suis Fœderatis & Adhærentibus ex unâ: & Serenissimum ac Potentissimum Principem ac Dominum, Dominum LUDOVICUM XIV. Galliarum & Navarrae Regem Christianissimum, eiusque Fœderatos & Adhærentes ex altera parte; unde multa sanguinis Christiani estusio, cum plurimarum Provinciarum desolatione secuta est. Tandem Divinâ bonitate factum esse, ut annitente Serenissimâ Republica Venetâ, cuius Consilia difficillimis Christiani Orbis temporibus publicæ salutis, & quieti nunquam defuere, utrinque de Pace universali suscepta sit cogitatio, in eumque finem ex mutua partium conventionem, Hamburgi die

LXIV INSTRUMENTUM PACIS

die vigesimo quinto stylo novo, vel die decimo quinto stylo veteri Decembris, Anno Domini Millesimo sexcentesimo quadragesimo primo inita, constituta sit dies undecima stylo novo, vel prima stylo veteri Mensis Iulii, Anno Domini Millesimo sexcentesimo quadragesimo tertio congressui Plenipotentiariorum MONASTERII & OSNABRUGIS Westphalorum instituendo: Comparescentes igitur statuto tempore & loco utrinque legitime constituti Legati Plenipotentiarii, à parte quidem Imperatoris Illustrissimi & Excellentissimi Domini, Dominus MAXIMILIANUS, Comes à Trautmansdorff, & Weinsberg, Baro in Gleichenberg, Neostadti ad Cocrum, Negau, Burgau, & Totzenbach, Dominus in Teinitz, Eques Aurei Velleris, Consiliarius Secretus & Camerarius Sacrae Caesareae Maiestatis, eiusque Aulae Supremus Praefectus, Dominus IOHANNES LUDOVICUS Comes à Nassau, Catzenelnbogen, Vianden & Dietz, Dominus in Beilstein, Consiliarius Secretus Imperatoris, & Aurei Velleris Eques, Dominus ISAACUS VOLMARUS, U. I. D. Serenissimi Domini Archiducis FERDINANDI CAROLI Consiliarius, eiusque Camerae Praefes. A parte vero Regis Christianissimi, Celsissimus Princeps, Dominus HENRICUS d'ORLEANS, Dux de Longueville, & d'Estouteville, Princeps & Supremus Comes de Neuchastell, Comes de Dunois & de Tancarville, Constabilis hereditarius Normanniae, eiusdemque Provinciae Gubernator & locum tenens Generalis, Centum Catafractorum Equitum Dux & Ordinum Regiorum Eques, &c. Illustrissimi item ac Excellentissimi Domini, Dominus CLAUDIUS de MESMES, Comes d'Avaux, dictorum Ordinum Commendator, unus ex Praefectis Aerrarii Regii & Regni Gallici Minister, &c. Et Dominus ABEL SERVIEN, Comes de la Roche, des Aubiers, etiam unus ex Regni Gallici Ministris, &c. Interventu & operâ Illustrissimi & Excellentissimi Legati Senatorisque Veneti, Domini ALOYSII CONTARENI, Equitis, qui Mediatoris munere procul à partium studio totos penè quinque annos impigrè perfunctus est, post invocatum Divini Numinis auxilium, mutuasque Plenipotentiarum tabulas (quarum apographa sub finem huius Instrumenti de verbo ad verbum inserta sunt) ritè commutatas, praesentibus, suffragantibus, & consentientibus Sacri Romani Imperii Electoribus, Principibus, ac Sratibus, ad Divini Numinis gloriam & Christianae Reipublicae salutem, in mutuas Pacis & amicitiae leges consenserunt & convenerunt, tenore sequenti.

§. 1.
Erit Pax Universalis & perpetua inter Caesarem & Regem Galliae.

PAX SIT CHRISTIANA, universalis & perpetua, veraque & sincera Amicitia inter Sacram Maiestatem Caesarem & Sacram Maiestatem Christianissimam, nec non inter omnes & singulos Foederatos & Adhaerentes dictae Maiestatis Caesareae, Domum Austriacam eorumque Haeredes & Successores, praecipue vero Electores, Principes & Status Imperii ex una: & omnes & singulos Foederatos dictae Maiestatis Christianissimae, eorumque Haeredes ac Successores. Inprimis Serenissimam Reginam Reginumque Sueciae, ac respectivè Electores, Principes Statusque Imperii ex altera parte. Eaque ita sincere serivè servetur & colatur, ut utraque pars alterius utilitatem, honorem ac commodum promoveat, omnique ex parte & Universi Romani Imperii, cum Regno Galliae, & vicissim Regni Galliae cum Romano Imperio fida vicinitas & secura studiorum Pacis atque amicitiae cultura revirescant, & reflorescant.

§. 2.
Sit utrinque perpetua intentatae hostilitatis & damnorum oblivio.

SIT UTRINQUE perpetua oblivio & Amnestia omnium eorum, quae ab initio horum motuum quocunque loco modove, ab una vel altera parte ulterò cirròque hostiliter facta sunt, ita ut nec eorum nec ullius alterius rei causa vel praetextu alter alteri posthac quidquam hostilitatis aut inimicitiae, molestiae vel impedimenti quoad personas, statum, bona vel securitatem, per se vel per alios, clam aut palam, directè vel indirectè,

spe-

specie iuris aut viâ facti in Imperio aut uspiam extra illud (non obstantibus ullis prioribus pactis in contrarium facientibus) inferat vel inferri faciat, aut patiat, sed omnes & singulæ hinc inde tam ante bellum quàm in bello, verbis, scriptis aut factis illatæ iniuriæ, violentiæ, hostilitates, damna, expensæ absque omni personarum rerumve respectu, ita penitus abolitæ sint, ut quidquid eo nomine alter adversus alterum prætereundum posset, perpetuâ sit oblivione sepultum.

ET UT EÔ SINCERIOR Amicitia mutua securitas inter Imperatorem, Regem Christianissimum, Electores, Principes & Status Imperii posthac servetur (salvo assècurationis articulo infra descripto) alter alterius hostes præfentes aut futuros, nullo unquam titulo vel prætextu, vel ullius controversiæ bellive ratione, contra alterum armis, pecuniâ, milite, commeatu aliterve iuret, aut illis copiis, quæ contra aliquem huius Pacificationis consortem à quocunque duci contigerit, receptum, stativa, transitum indulgeat. Circulus quidem Burgundicus sit maneatque membrum Imperii, post controversias inter Galliam Hispaniamque sopitas hæc Pacificatione comprehensas. Bellis tamen in eo iam vertentibus, nec Imperator nec ullus Imperii Status se immisceat. In futurum verò si inter ea Regna controversiæ oriantur, firma semper maneat inter universum Imperium & Reges Regnumque Galliæ, de mutuis hostibus non iuvandis, supradictæ reciproca obligationis necessitas; singulis tamen Statibus liberum sit, huic illive Regno extra Imperii limites suppetias ferre, non tamen aliter, quàm secundum Imperii Constitutiones. **CON-**
TROVERSA LOTHARINGICA vel arbitris utrinque nominandis submitatur, vel Tractatu Gallo-Hispanico, vel aliâ amicabile viâ componatur, liberumque sit tam Imperatori, quàm Electoribus, Principibus & Statibus Imperii eius compositionem amicabile interpositione aliisque pacificis officiis iuvare ac promovere, non tamen armis aut bellicis mediis.

IUXTA HOC AMICITIÆ mutua & universalis Amnestiæ fundamentum, universi & singuli Sacri Romani Imperii Electores, Principes, Status, (comprehensâ immediata Imperii Nobilitate) eorumque Vasalli, Subditi, Cives & incolæ, quibus occasione Bohemiæ, Germaniæve motuum vel Fœderum hinc inde contractorum, ab una vel altera parte aliquid præiudicii aut damni quocunque modo vel prætextu illatum est, tam quoad ditiones & bona feudalia, subfeudalia & allodialia, quàm quoad dignitates, immunitates, iura & privilegia restituti sunt plenariè in eum utrinque statum in sacris & profanis, quo ante destitutionem gavisi sunt, aut iure gaudere potuerunt, non obstantibus, sed annullatis quibuscunque interim in contrarium factis mutationibus.

QUOD SI RESTITUENDORUM Bonorum & Iurium Possessores exceptionibus se iustis munitos existimaverint, ea quidem restitutionem neutiquam impediunt, hæc tamen peractâ coram competenti Iudice examinentur & discutiantur.

ET QUAMVIS EX HAC præcedenti regula generali facilè diiudicari possit, qui & quatenus restituendi sint, tamen ad instantiam aliquorum de quibusdam gravioris momenti causis, prout sequitur, specialiter mentionem fieri placuit, ita tamen, ut, qui expressè non nominati vel expuncti sunt, propterea pro omissis vel exclusis non habeantur.

CUM ARRESTUM, quod mobilibus ad Principem Electorem Trevirensem spectantibus, & in Ducatum Luxemburgensem translatis Impe-

§. 3.
Neuter alterius hostes iuret, nec receptum iis vel transitum indulgeat.

Burgundicus Circulus membrum Imperii maneat.
De auxilio exteris præstando.

§. 4.
Lotharingica controversiæ compositio.

§. 5.
Restitutio plenaria Status in Sacris & profanis.

§. 6.
De exceptionibus, factis restitutione cognoscatur.

§. 7.
Non nominati pro exclusis non habeantur.

§. 8.
Arrestis Trevirensis relaxatio.

perator per Concilium Provinciale antehac imponi curavit, relaxatum quidem & abolitum, attamen ad quorundam instantiam iterum renovatum, insuper etiam sequestrum Præfecturæ Bruch ad Archi-Episcopatum, & medietati Domini sancti Ioannis, ad Ioannem Reinhardum de Soëterren spectanti à præfato Concilio indictum est, Concordatis inter Electoratum Trevirensis & Ducatum Burgundiæ publicâ Imperii interventione Anno millesimo quingentesimo quadragésimo octavo Augustæ Vindelicorum erectis repugnet: Conventum est, ut prædictum Arrestum & sequestrum à Concilio Luxemburgensi quantocius tollatur, dicto Domino Electori bona sua, Præfectura & Dominium, tam Electoralia quàm Patrimonialia unâ cum fructibus sequestratis relaxentur & tradantur, ac si quid fortè amorum fuerit, reponatur, plenèque atque integrè restitatur, imperantibus ad Iudicem Principis Electoris in Imperio competentem, pro obtinenda iuris & iustitiæ administratione, remissis.

§. 9.
Castrâ Ehrenbreitstein & Hammerstein Trevirensi tradentur custodienda.

QUOD AUTEM ad Castra Ehrenbreitstein & Hammerstein attinet, Imperator tempore & modo infra in Articulo Executionis definitis, præsidia inde deducet aut deduci curabit, illaque castra in manus Domini Electoris Trevirensis, eiusdemque Capituli Metropolitanî pari potestate pro Imperio & Electoratu custodienda tradet, quo nomine & Capitaneus & novum præsidium ibi ab Electore constituendum iuramento fidelitatis pro ipso eiusque Capitulo pariter obstringi debebunt.

§. 10.
Causâ Palatina decisio.

DEINDE VERÒ causam Palatinam Conventus Monasteriensis & Osabrugensis eò deduxit, ut eâ de re iam diu mota lis dirempta sit modo sequenti:

§. 11.
Dignitas Electoralis Palatinorum cum Palatinatu Superiori maneat penes Domum Bavaricam.

ET PRIMÒ quidem, quod attinet Domum Bavaricam, Dignitas Electoralis, quam Electores Palatini antehac habuerunt, cum omnibus Regaliis, Officiis, Præcedentiis, insigniis & iuribus quibuscunque ad hanc dignitatem spectantibus, nullo profus excepto, ut & Palatinatus Superior totus, unâ cum Comitatu Cham, cum omnibus eorum appertinentiis, Regaliis ac iuribus, sicut hætenus, ita & imposterum maneat penes Dominum Maximilianum Comitem Palatinum Rheni, Baviaræ Ducem, eiusque Liberos, totamque Lineam Guilhelmianam, quamdiu masculi ex eâ superstites fuerint.

§. 12.
Bavarus renunciet prætensionibus in Austriam.

VICISSIM DOMINUS ELECTOR Baviaræ, pro se, hæredibus ac successoribus suis, totaliter renunciet debito tredecim millionum, omnique prætensionibus in Austriam Superiorem, & statim à publicata Pace, omnia Instrumenta desuper obtenta, Cæsareæ Maiestati ad cassandum & annullandum extradat.

§. 13.
Octavus Electoratus institutus pro Domo Palatina.

QUOD AD DOMUM PALATINAM attinet, Imperator cum Imperio publicæ tranquillitatis causâ consentit, ut vigore præsentis Conventionis institutus sit Electoratus Octavus, quo Dominus Carolus Ludovicus Comes Palatinus Rheni, eiusque hæredes & agnati totius Lineæ Rudolphinæ, iuxta ordinem succedendi in Aurea Bulla expressum, deinceps fruantur, nihil tamen iuris præter simultaneam investituram ipsi Domino Carolo Ludovico, aut eius successoribus, ad ea, quæ cum dignitate Electorali Domino Electori Baviaræ, totique Lineæ Guilhelmianæ attributa sunt, competat.

§. 14.
Restituatur Inferior Palatinatus totus.

DEINDE, UT Inferior Palatinatus totus cum omnibus & singulis Ecclesiasticis & Secularibus bonis, iuribus & appertinentiis, quibus ante motus Bohemicos Electores Principesque Palatini gavisi sunt, omnibusque

que Documentis, Regeſtis, rationariis & cæteris actis huc ſpectantibus, eidem plenariè reſtituantur, caſſatis iis, quæ in contrarium acta ſunt, idque authoritate Cæſareâ effectum iri, ut neque Rex Catholicus, neque ullus alius, qui exinde aliquid tenet, ſe huic reſtitutioni ullo modo opponat.

CUM AUTEM certæ quædam Præfecturæ Stradæ Montanæ, anti-
§. 15.
Præfecturas
Stradæ monta-
ne reluen-
di facultas ſit
Moguntina.
 quitus ad Electorem Moguntinenſem pertinentes, Anno demum milleſi-
 mo, quadringenteſimo ſexageſimo tertio, pro certâ pecuniæ ſumma Pa-
 latinis, cum pacto perpetuæ reſtitutionis impignoratæ fuerint, ideò con-
 ventum eſt, ut hæ Præfecturæ penes modernum Dominum Electorem
 Moguntinenſem, eiusque in Archiepiſcopatu Moguntinenſi Succeſſores
 permaneant, dummodo pretium oppignorationis ſponte oblatum, intra
 terminum executioni concluſæ Pacis præfixum, paratâ pecuniâ exſolvat,
 cæterisque, ad quæ iuxta tenorem literarum oppignorationis tenetur, ſa-
 tisfaciat.

ELECTORI QUOQUE TREVIRENSI tanquam Epifcopo Spireniſi,
§. 16.
De Præſentibus
Epifcopi Spiren-
ſi & Wermati-
enſi in
Palatinatu.
 Epifcopo item Wormatieniſi, iura quæ præſentunt in Bona quædam Ec-
 cleſiaſtica intra Palatinatus Inferioris Territorium ſita, coram competen-
 ti Iudice proſequi liberum eſto, niſi de his inter utrumque Principem a-
 micè conveniatur.

QUOD SI VERÒ contigerit Lineam Guilhelmianam Maſculinam
§. 17.
Exſtincta Do-
mo Bavarica,
redeat Ele-
ctoralis di-
gnitas ad Pa-
latinos.
 prorsus deficere, ſuperſtite Palatinâ, non modo Palatinatus Superior,
 ſed etiam dignitas Electoralis, quæ penes Baviaræ Duces fuit, ad eosdem
 ſuperſtites Palatinos, interim ſimultaneâ inveſtiturâ gavifuros, redeat,
 Octavo tunc Electoratu prorsus expungendo. Ita tamen Palatinatus Su-
 perior hoc caſu ad Palatinos ſuperſtites redeat, ut hæredibus allodialibus
 Electoris Baviaræ actiones & beneficia, quæ ipsis ibidem de iure compe-
 tunt, reſervata maneant.

PACTA QUOQUE GENTILITIA inter Domum Electoralem Hei-
§. 18.
Pactorum
ſucceſſori-
orum confir-
matio.
 delbergentem & Neoburgicam, à prioribus Imperatoribus ſuper Electo-
 rali ſucceſſione confirmata, ut & torius Lineæ Rudolphinæ iura, quate-
 nus huic diſpoſitioni contraria non ſunt, ſalva rataque maneant.

AD HÆC SI QUÆ Feuda Iuliacenſia aperta eſſe competenti viâ iu-
§. 19.
De feudis Iu-
liacenſibus.
 riſ evictum fuerit, ea Palatinis evacuentur.

PRÆTEREA UT DICTUS Dominus Carolus Ludovicus aliquatenus
§. 20.
Appanagium
fratrum Ele-
ctoris Palati-
ni.
 liberetur onere proſpiciendi Fratribus de appennagio, Cæſarea Maietas
 ordinabit, ut dictis ſuis Fratribus quadringenta Imperialium thalerorum
 millia, intra quadriennium, ab initio anni venturi milleſimi ſexcenteſimi
 quadrageſimi noni numerandum expendantur, ſingulisque annis cen-
 tena millia ſolvantur, unâ cum annuo cenſu quinque de centum compu-
 tatis.

DEINDE TOTA DOMUS PALATINA, cum omnibus & ſingulis,
§. 21.
Domus Pala-
tina addicti
omnes fru-
antur Anne-
ſia.
 qui ei quocunque modo addicti ſunt aut fuerunt, præcipuè verò Miniſtri,
 qui ei in hoc Conventu, aut alias operam ſuam navârunt, ut & omnes
 Palatinatus exules fruantur amneſtia generali ſuprà deſcriptâ, pari cum
 cæteris in ea comprehenſis iure & hæc transactione, ſingulariter in pun-
 cto Gravaminum pleniffimè.

§. 22.
Renunciatio
in Palatina-
tum Superio-
rem &c.

VICISSIM DOMINUS Carolus Ludovicus cum Fratribus, Cæsareæ Maieſtati obedientiam & fidelitatem, sicut cæteri Electores Principesque Imperii præſtet, ac insuper Palatinatui Superiori pro se & hæredibus suis, tum ipse tum eius Fratres, donec ex Linea Guilhelmiana hæredes legitimi & masculi superſuerint, renuncient.

§. 23.
Viduitium &
Dotæ pro Ma-
tre & Sorori-
bus Palatini.

CUM AUTEM de eiusdem Principis Viduæ Matri, Sororibusque præſtando Viduitio & dote constituenda mentio iniiceretur, pro benevolò Sacræ Cæsareæ Maieſtatis in Domum Palatinam affectu promissum est, dictæ Viduæ Matri pro Viduitio semel pro semper, viginti thalerorum Imperialium millia, singulis autem Sororibus dicti Domini Caroli Ludovici, quando nuptum elocata fuerint, dena thalerorum Imperialium millia, nomine Suxæ Maieſtatis exſolutum iri, de reliquo verò ipsis idem Princeps Carolus Ludovicus satisfacere teneatur.

§. 24.
Comites Lei-
ningenses ne
turbentur.

COMITES IN LEININGEN & Daxburg, sæpe dictus Dominus Carolus Ludovicus eiusque Successores in Palatinatu Inferiori nulla in re turbet, sed iure suo à multis retro seculis obtento, & à Cæsaribus confirmato, quietè ac pacificè uti, frui permittat.

§. 25.
Nobilitas
Immediata
in statu suo
relinquatur.

LIBERAM IMPERII NOBILITATEM per Franconiam, Sueviam & Tractum Rheni, cum districtibus appertinentibus in suo statu immediato inviolatè relinquat.

§. 26.
Feuda Pala-
tina ab Im-
peratore &
Bavaro colla-
ta, manean-
t rata.

FEUDA ETIAM ab Imperatore in Baronem Gerhardum de Waldenburg, dictum Schenckhern, Nicolaum Georgium Reigersberger Cancellarium Moguntinum, & Henricum Brömbſer Baronem de Rüdeshaim; item ab Electore Bavarix, in Baronem Ioannem Adolphum Wolff, dictum Metternich collata, rata manean, teneantur tamen eiusmodi Vassalli Domino Carolo Ludovico, velut Domino directo eiusque Successoribus Iuramentum fidelitatis præſtare, atque ab eodem Feudorum suorum renovationem petere.

§. 27.
In Palatinatu
ſervetur ſta-
tus anni 1624.
Ecclesiasticus.

AUGUSTANÆ CONFSSIONIS CONSORTIBUS, qui in possessione Templorum fuerant, interque eos Civibus & incolis Oppenheimensibus, ſervetur Status Ecclesiasticus Anni millesimi sexcentissimi vigesimi quarti, cæterisque id desideraturis Augustanæ Confessionis exercitium, tam publicè in Templis ad statas horas, quàm privatim in aedibus propriis, aut alienis ei rei destinatis, per suos aut vicinos verbi divini ministros peragere liberum esto.

§. 28.
§. 20. 21. 22.
Articuli IV.
Cæsareo-Sue-
cici repetitio.

PARAGRAPHI, PRINCEPS LUDOVICUS PHILIPPUS, &c. Princeps Fridericus, &c. & Princeps Leopoldus Ludovicus, &c. hic eodem modo inserti intelligantur, prout in Instrumento Cæsareo-Suecico continentur.

§. 29.
De composi-
tione Con-
troverſiæ
Kitzingens.

Wilzburg re-
ſtituatur.

CONTROVERſIA, QUÆ VERTITUR inter Episcopos respectivè Bambergensem & Herbipolensem, & Marchiones Brandenburgicos, Culmbachi & Onoltzbachi, de Castro, Oppido, Præfectura & Monasterio Kitzingen in Franconia ad Mœnum, aut amicabili compositione aut summario iuris processu terminetur intra biennium, sub pœna perdendæ prætensionis imponendæ tergiversanti; interim dictis Dominis Marchionibus restituatur nihilominus fortalitium Wilzburg in eum statum, qui tempore traditionis descriptus fuit, ex conventionem & promissio.

CONVENTIO INITA circa alimenta Domini Christiani Wilhelmi Marchionis Brandenburgici huc repetita censeatur; prout continetur Articulo decimo quarto Instrumenti Cæsareo-Suecici.

§. 30.
Marchionis
Christiani
Wilhelmi a-
limenta.

REX CHRISTIANISSIMUS tempore & modo inferius definitis circa deductionem præsidiorum, restituet Duci Wurtembergico Civitates & fortalicia Hohentwiel, Schorendorff, Tübingen, aliaque omnia loca sine ulla reservatione, quæ in Ducatu Wurtembergico præsiidiis suis tenet. In reliquis §. Domus Wurtembergica &c. sicut in Instrumento Cæsareo-Suecico inferius est, hic inferius intelligatur.

§. 31.
Quæ Duci
Wurtembergi-
co restituen-
da sint?

PRINCIPES QUOQUE WURTEMBERGICI Lineæ Montpelgardensis restituantur in omnes suas Ditiones in Alsatia vel ubicunque sitas, & nominatim in duo Feuda Burgundica, Clerval & Passavant, & ab utraque parte redintegrentur in eum statum, iura & prærogativas, quibus ante initium horum bellorum gavisi sunt.

§. 32.
Principum
Montpelgar-
densium resti-
tutio.

FRIDERICUS MARCHIO BADENSIS & Hochbergensis, eiusque filii & hæredes, cum omnibus, qui iisdem quocunque modo interservierunt, aut adhuc dum interserviunt, cuiuscunque nominis aut conditionis sint, gaudeant & fruantur supra Articulo secundo & tertio descriptâ Amnestiâ cum omnibus suis Clausulis & Beneficiis, eiusque vigore restituantur plenissimè in eum statum in Sacris & Profanis, in quo ante exortos Bohemiæ motus fuit Dominus Georgius Fridericus Marchio Badensis & Hochbergensis, quoad Marchionatum Inferiorem Badensem, qui vulgò sub appellatione Baden-Durlach venit; Itemque quoad Marchionatum Hochbergensem, tum etiam quoad Ditiones Röttelen, Badenweiler & Saufenberg, non obstantibus, sed annullatis quibuscunque interim in contrarium factis mutationibus. Deinde restituantur Marchioni Friderico Præfecturæ Stein & Renchingen, absque onere æris alieni interea temporis à Marchione Guilielmo contracti, ratione fructuum, interesse, aut sumptuum per transactionem Ertlingæ Anno Domini millesimo sexcentesimo vigesimo nono initam, dicto Guilielmo Marchioni Badensi cessæ, cum omnibus Iuribus, Documentis literariis, aliisque pertinentiis, ita ut tota illa actio sumptuum, ac fructuum perceptorum & percipiendorum, cum omni damno & interesse, à tempore primæ occupationis numerando, sublata & penitus extincta sit. Annua quoque pensitatio ex Marchionatu Inferiori, Marchionatu Superiori pendit solita, virtute præsentium penitus sublata, annullata & annihilata sit, nec eo nomine quicquam vel de præterito, vel de futuro, imposterum unquam prætendatur vel exigatur; Alternetur etiam imposterum inter utramque Lineam Badensem, Inferioris scilicet & Superioris Marchionatus Badensis Præcedentia & Sessio in Comitibus & Circuli Suevici, aliisque universalibus vel particularibus Imperii, aut quibuscunque Conventibus, pro nunc tamen eadem præcedentiâ penes Marchionem Fridericum, dum superstes erit, permanente. DE BARONATU HOHENGERTLTZECK conventum est, ut si Domina Principissa Badensis præterita sua iura in dicto Baronatu Documentis Authenticis sufficienter probaverit, restitutio statim post latam desuper sententiam fiat cum omni causâ omnique iure vigore Documentorum competenti. Cognitio autem hæc finiatur à die publicatæ Pacis intra biennium. Nullæ denique actiones, transactiones vel exceptiones, generales vel speciales clausulæ in hoc Instrumento Pacis comprehensæ, (quibus omnibus per expressum & in perpetuum vigore huius derogatum sit) ab unâ vel alterâ parte ullo unquam tempore contra hanc specialem conventionem allegentur vel admittantur.

§. 33.
De Marchio-
nis Badensis
restitutione.

Præcedentiâ & Sessio in Conventibus publicis inter utramque Lineam Baden- sem alterne- tur.

§. 34.
Præsentio in Baronatu Hohengeroltz- eck ad iuris viam remissa.

§. 35.
§§. 29. usque
45. Art. IV.
Inst. Cæsareo-
Suecici pro
hic insertis
habeantur.

PARAGRAPHI DUX DE CROY &c. Quod controversiam Nassau-
Siegen, &c. Comitibus Nassau-Sarapontanis, &c. Domus Hanovica, &c.
Ioannes Albertus Comes Solmensis, &c. Itemque restituatur Domus Solms,
Hohenfolms, &c. Comites de Isenburg, &c. Rheingravii, &c. Vidua Do-
mini Ernesti, Comitum Sainensis, &c. Caltrum & Comitatus Falckenstein,
&c. Restituatur etiam Domus Waldeck, &c. Ioachimus Ernestus, Comes
Ottingensis, &c. Item Domus Hohenloica, &c. Fridericus Ludovicus,
&c. Ferdinandus Carolus, &c. Domus Erbacensis, &c. Vidua & Hære-
des Comitum à Brandenstein, &c. Baro Paulus Kevenhüller, &c. hic iisdem
verbis inserti intelligantur, prout in Instrumento Cæsareo-Suecico conti-
nentur.

§. 36.
Contractus
extorti, &
actiones red-
emptæ cas-
sentur.

CONTRACTUS, PERMUTATIONES, transactiones, obligationes &
instrumenta debiti, vi metuve seu Statibus seu subditis illicitè extorta,
prout in specie queruntur Spira, Weisenburgum ad Rhenum, Landavia,
Reitlingen, Heilbronna, aliique, ut & redemptæ cessaque actiones abo-
litæ atque ita annullatæ sunt, ut ullum iudicium actionemve eo nomine
intentare minimè liceat. Quod si vero debitores instrumenta crediti vi
metuve creditoribus extorserint, ea omnia restituantur actionibus desu-
per salvis.

§. 37.
Quomodo in
causis debito-
rum vi extor-
torum proce-
di debeat?

DEBITA, SIVE EMPTIONIS, venditionis, annuorum reddituum, si-
ve alio nomine vocentur, si ab una alterave belligerantium parte in odi-
um creditorum violenter extorta sint, contra debitores veram violentiam
& realem solutionem intercessisse allegantes, & se ad probandum offeren-
tes, nulli Processus executivi decernantur, nisi his exceptionibus præviâ
plenariâ causâ cognitione decisâ. Processu desuper instituto à Pacis publi-
catione intra biennium finiendo sub pœna perpetui silentii contumacibus
debitoribus imponenda. Processus autem hæctenus eo nomine contra
ipso decreti, unâ cum transactionibus & promissionibus pro futura cre-
ditorum restitutione factis, tollantur & enerventur, salvis tamen iis pe-
cuniarum summis, quæ flagrante bello pro aliis ad avertenda maiora eo-
rum pericula & damna bono animo & intentione erogatæ sunt.

§. 38.
De sententia-
rum tempore
belli latorum
effectu iuris.

SENTENTIÆ TEMPORE BELLII de rebus merè secularibus pro-
nunciatæ, nisi processus vitium & defectus manifestè pateat, vel in conti-
nenti demonstrari possit, non quidem omnino sine nullâ, ab effectu ta-
men rei iudicatæ suspendantur: donec acta Iudicialia (si alterutra pars in-
tra semestre ab inita Pace spatium petiverit revisionem) in Iudicio com-
petenti modo ordinario vel extraordinario in Imperio usitato revidean-
tur, & æquabili iure ponderentur, atque ita dictæ sententiæ vel confirman-
tur, vel emendentur, vel, si nulliter latæ sint, planè rescindantur.

§. 39.
Investitura
neglectus
nunc corre-
ctus.

SI QUÆ ETIAM FEUDA Regalia vel privata ab Anno millesimo
sexcentesimo decimo octavo non fuerant renovata, nec interim eorum
nomine præstita servitia, nemini id fraudi esto, sed tempus repetendæ
Investituræ à die factæ Pacis cedere incipiat.

§. 40.
Officiales qui-
cunque in
præstitum re-
stituuntur
statum.

TANDEM OMNES & singuli tam bellici Officiales militesque, quam
Consiliarii & Ministri togati Civiles & Ecclesiastici, quocunque nomine
aut conditione censentur, qui uni alterive parti, earundemve Fœderatis
aut Adhærentibus, togâ vel sago militârunt, a summo ad infimum, ab
infimo ad limum, absque ullo discrimine vel exceptione, cum uxori-
bus, liberis, hæredibus, successoribus, servitoribus, quoad personas &
bona in eum vitæ, famæ, honoris, conscientiæ, libertatis, Iurium &
Privilegiorum statum, quò ante dictos motus gavisi sunt, aut iure gau-
de-

dere potuerunt, utrinque restituti sunt, nec eorum personis aut bonis ullum creator præiudicium, ullave actio vel accusatio intentator, multò minus ulla pœna damnumve quocunque prætextu irrogator. Et hæc quidem omnia quoad illos, qui Cæsareæ Maiestatis & Domus Austriacæ subditi & vasalli non sunt, plenissimum effectum habeant.

QUI VERÒ SUBDITI & vasalli hæreditarii Imperatoris & Domus Austriacæ sunt, eadem gaudeant Amnestiâ, quoad personas, vitam, famam & honores, habeantque securum reditum in pristinam patriam, ita tamen, ut se teneantur accommodare legibus patriis Regnorum & Provinciarum.

QUANTUM AUTEM eorundem bona concernit, si ea, antequam in Coronæ Galliæ Sueciæve partes transferunt, confiscatione aut alio modo amissa fuere, etsi Plenipotentarii Suedici diu multumque institerant, ut iis etiam illa restituerentur, tamen cum Sacræ Cæsareæ Maiestati hæc in re ab aliis nihil præferibi, nec ob Cæsareanorum constantem contradictionem aliter transigi potuerit, Ordinibusque Imperii ea propter bellum continuari è re Imperii non fuerit visum, porrò quoque amissa sunt ac modernis possessoribus permanento. ILLA VERÒ BONA, quæ ipsis post eam ob causam, quod pro Gallis aut Suecis contra Cæsarem Dominumque Austriacam arma sumpserunt, erepta sunt, iisdem, qualia nunc sunt absque refusione tamen sumptuum & fructuum perceptorum, aut damni dati restituantur.

DE CÆTERO IN BOHEMIA aliisque quibuscunque Provinciis hæreditariis Imperatoris, Augustanæ Confessioni addictis subditis vel creditoribus, eorumve hæredibus pro privatis suis prætensionibus, si quas habent, & earum nomine actiones intenderint aut profecuti fuerint, ius & iustitia æquè ac Catholicis citra respectum administratur.

A DICTA TAMEN UNIVERSALI restitutione excepta sunt, quæ restitui vel redhiberi nequeunt mobilia & semoventia, fructus percepti, auctoritate belligerantium partium interversa, itemque tam destructa, quam publicæ securitatis causâ in alios usus conversa ædificia publica & privata, sacra & profana, nec non deposita publica vel privata hostilitatis intuitu confiscata, legitime vendita, sponte donata.

QUIA VERÒ ETIAM causa Iuliacensis Successionis inter interestatos, nisi præveniat, magnas aliquando turbas in Imperio excitare posset: Ideo conventum est, ut ea quoque Pace confectâ ordinario processu coram Cæsareâ Maiestate, vel amicabili compositione vel alio legitimo modo, sine mora dirimatur.

CUM ETIAM AD MAIOREM Imperii tranquillitatem stabiliendam, de controversiis circa bona Ecclesiastica & libertatem Exercitii Religionis, his ipsis de Pace universali Congressibus certa quædam compositio inter Cæsarem, Electores, Principes & Status Imperii inita, atque Instrumento Pacis cum Plenipotentariis Reginæ & Coronæ Sueciæ erecto inserta fuerit, placuit eandem compositionem, ut & illam, de qua inter eodem ratione eorum, qui Reformati vocantur, convenit, præsentis quoque Tractatu firmare & stabilire, eo planè modo, ac si de verbo ad verbum huic inserta legeretur Instrumento.

CIRCA CAUSAM HASSO-CASSELLANAM conventum est, ut se-

§. 41.
Limitatio
quoad Austriacos Subditos.

§. 42.
Bona Austriacorum confiscata relinquuntur possessoribus.

§. 43.
Ex Causa belli vero erepta restituantur.

§. 44.
Æqualis in Provinciis hæreditariis iustitia administratur.

§. 45.
Destructa in bello vel alienata non subint restitutioni.

§. 46.
De compositione controversiæ Iuliacensis.

§. 47.
Confirmatio Articuli V. & VII. Instrumenti Pacis Dinaburgensis.

§. 48.
Domus Hasso-Cassellana

fratur A-
mnestia & li-
bertate Reli-
gionis.

Primo omnium, Domus Hasso-Cassellana, omnesque eius Principes, maxime Domina Amelia Elisabetha Hassiæ Landgravia, eiusque filius, Dominus Wilhelmus, illorumque Hæredes, Ministri, Officiales, Vassalli, subditi, milites & alii quocunque modo illis addicti, nullo prorsus excepto, non obstantibus contrariis Pactis, Processibus, Proscriptionibus, Declarationibus, Sententiis, Executionibus & Transactionibus, sed illis omnibus ut & actionibus vel præensionibus ratione damnorum & iniuriarum, tam neutralium quam belligerantium, annullatis, Universalis Amnestiæ supra sancitæ, & ad initium Belli Bohemici, cum plenaria restitutione reductæ (exceptis Cæsareæ Maiestatis & Domus Austriacæ Vassallis & subditis hæreditariis, quemadmodum de iis in §. Tandem omnes, &c. disponitur) omniumque beneficiorum ex hac & Religiosa Pace provenientium pari cum cæteris Statibus iure, prout in Article incipiente, Unanimi, &c. disponitur, plenariè participes sunt.

§. 49.
Retineat Ab-
batiam Hirs-
feld tanquam
Imperii seu-
dum.

SECUNDÒ, DOMUS HASSO-CASSELLANA eiusque successores Abbatiam Hirsfeldensem cum omnibus appertinentiis Secularibus & Ecclesiasticis, sive intra, sive extra Territorium (ut Præpositura Gellingen) sitis, salvis tamen iuribus, quæ Domus Saxonica à tempore immemoriali possidet, retineant, & eo nomine Investituram à Cæsarea Maiestate toties, quoties casus evenerit, petant & fidelitatem præsentent.

§. 50.
Itemque 4.
Præfecturas
Schaumburg,
Bückeburg &c.

TERTIO, IUS DIRECTI & utilis Domini in Præfecturas Schaumburg, Bückenburg, Saxenhagen & Statthagen, Episcopatus Mindano antehac assertum & adiudicatum, porro ad Dominum Wilhelmum modernum Hassiæ Landgravium, eiusque Successores, plenariè in perpetuum citra ulteriorem dicti Episcopatus, aut alterius cuiusvis contraditionem aut turbationem pertineat, salvâ tamen transactione inter Christianum Ludovicum Ducem Brunsvico-Luneburgensem & Hassiæ Landgravium, Philippumque Comitem de Lippe initâ. Firmâ etiam manente, quæ inter eandem Landgraviam & dictum Comitem inita est, Conventionione.

§. 51.
600000. tha-
leri Hassiacis
in satisfactio-
nem solvan-
tur.

CONVENTUM PRÆTEREA EST, ut pro locorum hoc bello occupatorum restitutione, & indemnitate causa Domine Landgraviæ Hassiæ Tutrici, eiusque filio, huiusve Successoribus Hassiæ Principibus, ex Archiepiscopatibus Moguntinensi & Colonienfi, Episcopatibus item Paderbornensi, Monasteriensi & Abbatia Fuldensi sexies centena millia Thalerorum Imperialium, bonitate Imperialibus Constitutionibus modernis correspondentium, intra spatium novem Mensium à tempore Ratificationis Pacis computandum, Castellis solventium periculo & sumptibus pendantur, nec contra promissam solutionem ulla exceptio ullusve prætextus admittatur, multò minus summa conventa ullo arresto afficiantur.

§. 52.
Pignus eo no-
mine consti-
tutum.

UT ETIAM DOMINA LANDGRAVIA de solutione tanto securior sit, sequentibus conditionibus retineat Neus, Coesfeldt & Newhaus, inque iis locis sua, sibi que solum obligata præsidia habeat, eâ quidem lege, ut præter Officiales & alias personas in præsidiis necessarias dictorum trium locorum præsidia coniunctim non excedant numerum mille ducentorum peditum, & centum equitum, Domine Landgraviæ dispositioni relicto, quot cuius dictorum locorum peditum & equitum imponere, quemve huic vel illi præsidio præficere velit.

§. 53.
Præsidia Hassi-
aca quomodo

PRÆSIDIA AUTEM secundum ordinationem de sustentatione Officialium & militum Hassiacis hætenus consuetam alantur, & quæ ad con-

conservanda fortalitia necessaria sunt, præstentur ex Archi- & Episcopatibus, in quibus dicta Arx & Civitates sunt sitæ, absque summæ supra nominatæ diminutione. Integrum autem sit ipsis Præsidiiis contra morosos & tardantes, sed non ultra debitam summam exequi. Iura autem Superioritatis, & Iurisdicctio tam Ecclesiastica quàm Secularis, & reditus nominatarum Arcis & Civitatum Domino Archiepiscopo Colonienfi sint salva.

in locis oppignoratis sustinentur?

QUAM PRIMUM VERO post ratificatam pacem Domina Landgravia trecenta millia thalerorum Imperialium fuerint exsoluta, restituta Neussia, retineat Coesfeld solum & Neuhaus, ita tamen, ut præsidium Neussianum in Coesfeld & Neuhaus non deducat, vel eius nomine quicquam ulterius exigat, nec præsidia in Coesfeld numerum sexcentorum peditum & quinquaginta equitum, in Neuhaus autem centum peditum excedant. Sin autem intra terminum novem Mensium Domina Landgravia integra summa non dependatur, non tantum Coesfeld & Neuhaus, donec plenaria subsecuta fuerit solutio, sed etiam pro residuo summæ, eiusque singulis centenis, quinque annuatim Imperiales, donec residuum summæ exsolutum fuerit, pensionis nomine solvantur, & tot Præfecturarum ad supra nominatos Archi- & Episcopatus, atque Abbatiam pertinentium, & Hassiæ Principatui vicinarum, quot præstandis & exsolvendis pensionibus sufficiunt, Quæstores & Receptores Domina Landgravia iuramento obstringantur, ut de redditibus annuas residuæ summæ pensiones solvant, non obstante Dominorum suorum prohibitione. Quod si verò Quæstores & Receptores in solvendo moras nectant, aut reditus aliò conferant, Domina Landgravia exequendi, & ad solutionem quovis modo illos adigendi, liberam habeat potestatem, de reliquo iure territoriali Domino proprietatis interea semper salvo. SIMULAC VERO Domina Landgravia totam summam cum pensionibus à tempore moræ acceperit, restituat illicò loca iam denominata cautionis loco interim retenta, pensiones cessent, & Quæstores atque Receptores, quorum facta fuit mentio, Iuramenti nexu sint liberati. Quarum autem Præfecturarum reditus pensionibus contingente morâ solvendis sint assignandi, ante Ratificationem Pacis eventualiter conveniet, quæ conventio non minoris sit roboris, quàm ipsum Pacis Instrumentum.

§. 54.
Et qua ratione pigora, solutione successively facta, restitui debeant?

§. 55.
Integro debito exsoluto, reddantur pigora.

PRÆTER LOCA AUTEM securitatis causâ, ut memoratum, Domina Landgravia relinquenda, & post solutionem demum restituenda, restituat illa nihilominus, Ratificatione Pacis subsecuta, omnes Provincias & Episcopatus, nec non illorum Urbes, Præfecturas, Oppida, Fortalitia, propugnacula, & omnia denique bona immobilia, nec non iura inter hæc bella ab ipsa occupata, ita tamen, ut tam in præfatis tribus locis cautionis nomine retinendis, quàm reliquis omnibus restituendis, non solum Annona & omnia ad bellicum apparatus spectantia, quæ inferri vel fieri curavit, per subditos evehenda Domina Landgravia & supra dictis Successoribus, quæ vero ab ipsa non illata, sed in locis occupatis tempore occupationis reperta sunt, & adhuc extant, ibi permaneant, sed ut etiam Fortificationes & Valla, durante occupatione extructa, eatenus destruantur, ne tamen Urbes, Oppida, Arces vel Castra cuiusvis invasionibus & deprædationibus pateant.

§. 56.
Landgravia restituat omnia bello occupata.

ET QUAMVIS DOMINA Landgravia præterquam ab Archi- & Episcopatibus Moguntinensi, Colonienfi, Paderbornensi, Monasteriensi & Abbatia Fuldensi, à nemine restitutionis & indemnitate loco aliquid poposcerit, & sibi eo nomine à quoquam alio quicquam solvi omnino noluerit, pro rerum tamen & circumstantiarum æquitate, placuit toti

§. 57.
Quinam status contribuunt ad satisfactionem Hassiæ?

T

Con-

Conventui, ut salvâ manente dispositione Paragraphi præcedentis inchoantis: Conventum præterea est, &c. etiam cæteri Status cuiuscunque generis cis & ultra Rhenum, qui prima Martii huius anni Hassiacis Contributionem dependerunt, secundum proportionem Contributionis exsolutæ toto hoc tempore observatam, ad conficiendam summam superius positam & militum præsidiariorum sustentationem, ratam suam supra nominatis Archi- & Episcopatibus atque Abbatia conferant, & damnum, si quod solventes ob unius vel alterius moram perpeffi fuerint, morosi resarciant, nec Executionem contra tergiversantes instituendam Cæsareæ Maiestatis, aut Regiæ Maiestatis Christianissimæ, vel etiam Hassiæ Landgraviæ Officiales aut Milites impediant, neque etiam fas sit Hassiacis, quenquam in præiudicium huius declarationis eximere, ii verò, qui suam quotam ritè persolverint, ab omni eatenus onere liberi erunt.

§. 58.
Confirmatio
Transactionis de successione Marpurgenf.

QUOD CONTROVERSIAS inter Domus Hassiacas, Cassellanam & Darmstadinam, super Successione Marpurgenfi agitatae attinet, quandoquidem eæ Cassellis die decimo quarto Mensis Aprilis proximè elapsi, consensu partium unanimi accedente penitus sunt compositæ: Placuit Transactionem istam, cum suis annexis & recessibus, sicut ea Cassellis inita & à partibus subsignata, Conventuique huic insinuata fuit, vigore Instrumenti huius, eiusdem plane esse roboris, ac si verbis totidem hinc tabulis inserta comprehenderetur, nec à partibus transigentibus, nec aliis quibusvis sub prætextu, sive pacti, sive Iuramenti, sive alio quocunque, ullo unquam tempore convelli posse; quinimo ab omnibus, etiam si aliquis ex Interessatis eam fortè confirmare detrectet, exactissimè observari debere.

§. 59.
Ut & Hassiæ
co. Waldecens.

SICUT ETIAM TRANSACTIO inter defunctum Dominum Wilhelmum Hassiæ Landgravium, & Dominos Christianum & Wolradum Comites Waldeccia, die undecimo Aprilis Anno millesimo sexcentesimo trigesimo quinto facta, & à Domino Georgio Hassiæ Landgravio die decimo quarto Aprilis Anno millesimo sexcentesimo quadragesimo octavo ratificata, non minus vigore huius Pacificationis, perpetuum & plenissimum robur obtinebit, omnesque Hassiæ Principes pariter ac Comites Waldeccia obligabit.

§. 60.
Et Iuris Primogenitura Hass.

FIRMUM QUOQUE maneat & inviolabiliter custodiatur Ius Primogenituræ in qualibet Domo Hassiæ - Cassellana & Darmstadina introductum, & à Cæsarea Maiestate confirmatum.

§. 61.
De Exemptione Civitatis Basileensis & Helvetiorum a Iurisdictione Imperii.

CUM ITEM CÆSAREA MAIESTAS ad querelas nomine Civitatis Basileensis & universæ Helvetiæ coram ipsius Plenipotentiaris ad præsentem congressum deputatis propositas super nonnullis Processibus & mandatis executivis, a Camera Imperiali contra dictam Civitatem, aliosque Helvetiorum unitos Cantones, eorumque cives & subditos emanatis, requisitâ Ordinum Imperii sententiâ & consilio, singulari Decreto die decimo quarto Mensis Maii anno proximè præterito declaraverit, prædictam Civitatem Basileam ceterosque Helvetiorum Cantones in possessione vel quasi plenæ libertatis & exemptionis ab Imperio esse ac nullatenus eiusdem Imperii Dicasteriis & Iudiciis subiectos; placuit hoc idem publicæ huic Pacificationis Conventioni inferere, ratumque & firmum manere, atque idcirco eiusmodi processus unâ cum arrestis eorum occasione quoadcunque decretis prorsus cassos & irritos esse debere.

§. 62.
Quoad Status Politicum Status Imperii in possessio-

UT AUTEM PROVISUM SIT, ne posthac in statu politico controversiæ suboriantur, omnes & singuli Electores, Principes & Status Imperii Romani in antiquis suis iuribus, prærogativis, libertate, privilegiis

giis, libero iuris territorialis tam in Ecclesiasticis quàm Politicis Exercitio, Ditionibus, Regalibus, horumque omnium possessione, vigore huius Transactionis ita stabiliti firmatique sunt, ut à nullo unquam sub quocunque prætextu de facto turbari possint vel debeant.

ut Iurium suorum conferantur.

GAUDEANT sine contradictione iure suffragii in omnibus deliberationibus super negotiis Imperii, præsertim ubi leges ferendæ vel interpretandæ, bellum decernendum, tributa indicenda, delectus aut hospitationes militum instituendæ, nova munimenta intra Statuum Ditiones extruenda nomine publico, veterave firmanda præfidiis, nec non ubi pax aut fœdera faciendæ, aliave eiusmodi negotia peragenda fuerint, nihil horum aut quicquam simile posthac unquam fiat vel admittatur, nisi de Comitiali liberoque omnium Imperii Statuum suffragio & consensu, cum primis verò ius faciendi inter se & cum exteris fœdera pro sua cuiusque conservatione ac securitate singulis Statibus perpetuò liberum esto, ita tamen, ne eiusmodi fœdera sint contra Imperatorem & Imperium, Pacemque eius publicam, vel hanc imprimis Transactionem, fiantque salvo per omnia iuramento, quo quisque Imperatori & Imperio obstrictus est.

§. 63.

De iure suffragii Statuum Imperii in Comitibus circa negotia publica.

De iure fœderum Statuum Imperii.

HABEANTUR AUTEM COMITIA Imperii intra sex menses à dato ratificatæ Pacis, postea verò, quoties id publica utilitas aut necessitas postulaverit. In proximis vero Comitibus emendentur imprimis anteriorum Conventuum defectus, ac tum quoque de Electione Romanorum Regum, certa constantique Cæsarea Capitulatione concipiendæ, de modo & ordine in declarando uno vel altero Statu in Bannum Imperii, prætereum, qui aliàs in Constitutionibus Imperii descriptus est, tenendo, redintegrandis Circulis, renovandâ Matricula, reducendis Statibus exemptis, moderatione & remissione Imperii collectarum, reformatione politicæ & iustitiæ, taxæ sportularum in Iudicio Camerali, ordinariis Deputatis ad modum & utilitatem Reipublicæ ritè formandis, legitimo munere Directorum in Imperii Collegiis, & similibus negotiis, quæ hic expediri nequiverant, ex communi Statuum consensu agatur & statuatur.

§. 64.

De Comitibus Imperii habendis & de proximorum Comitiorum obiecto.

TAM IN UNIVERSALIBUS VERO quàm particularibus Diastis, liberis Imperii Civitatibus non minùs quàm cæteris Statibus Imperii competat votum decisivum, iisque rata & intacta maneant Regalia, vestigalia, redditus annui, libertates, privilegia confiscandi, collectandi, & inde dependentia, aliæque Iura ab Imperatore & Imperio legitime impetrata, vel longo usu ante hos motus obtenta, possessa & exercita, cum omni moda iurisdictione intra muros & in territorio, castatis, annullatis & in futurum prohibitis iis, quæ per repressalias, arresta, viarum oclusiones & alios actus præiudiciales, sive durante bello quocunque prætextu in contrarium facta, & propria auctoritate hucusque attentata sunt, sive dehinc nullo præcedente legitimo iuris & executionis ordine fieri attentarive poterunt. De cætero omnes laudabiles consuetudines & Sacri Romani Imperii Constitutiones & leges fundamentales imposterum religiose servantur, sublatis omnibus, quæ bellicorum temporum iniuriâ irrepserant, confusionibus.

§. 65.

De voto Comitiali decisivo liberarum Imperii Civitatum et undemque iuribus.

De religiose servandis Imperii Legibus monitum.

DE INDAGANDA aliqua ratione & modo æquitati conveniente, quò persecutiones actionum contra debitores ob bellicas calamitates fortunis lapsos, aut nimio usurarum cursu aggravatos, moderatè terminari, indeque nascituris maioribus incommodis etiam tranquillitati publicæ noxiis obviam iri possit, Cæsarea Maiestas curabit exquiri tam Iudicii Aulici quàm Cameralis vota & consilia, quæ in futuris Comitibus proponi & in constitutionem certam redigi possint, interea tamen temporis in huius-

§. 66.

Quatenus contra debitores bello lapsos procedendum sit.

iusmodi causis ad iudicia cum summa Imperii tum singularia Statuum delatis circumstantiæ à partibus allegatæ bene ponderentur, ac nemo executionibus immoderatis prægravetur; sed hæc omnia Holsatiæ constitutione salvâ & illæsâ.

Limitatio in-
tuitu Holsatiæ.
§. 67.
De Commer-
ciis in pristi-
nam liberta-
tem restitu-
endis.

ET QUIA PUBLICE INTEREST, ut factâ Pace commercia vicissim reflorescant, idèd conventum est, ut, quæ eorum præiudicio & contra utilitatem publicam hinc inde per Imperium belli occasione noviter propriâ auctoritate, contra iura, privilegia & sine consensu Imperatoris atque Electorum imperii invec̃ta sunt Vestigalia & Telonia, ut & abusus Bullæ Brabantinæ, indeque natæ repressaliæ & arresta, cum inductis peregrinis certificationibus, exactionibus, detentionibus, itemque immoderata Postarum, omniaque alia inusitata onera & impedimenta, quibus commerciorum & navigationis usus deterior redditus est, penitus tollantur, & Provinciis, Portibus, Fluminibus quibuscunque sua pristina securitas, iurisdictio & usus, prout ante hos motus bellicos a pluribus retrò annis fuit, restituantur, & inviolabiliter conserventur.

§. 68.
De Teloniis
legitimis, in-
primis Ol-
denburgens.
conservan-
dis.

TERRITORIORUM, quæ flumina alluunt, & aliorum quorumcunque iuribus ac privilegiis, ut & Teloniis ab Imperatore de consensu Electorum cum aliis, tum etiam Comiti Oldenburgensi in Visurgi concessis, aut usu diuturno introductis, in pleno suo vigore manentibus & executioni mandandis, tum ut plena sit commerciorum libertas, & transitus ubique locorum terrâ marique tutus, adeoque ea omnibus & singulis utriusque partis Fœderatorum Vasallis, subditis, clientibus & incolis, eundi, negotiandi, redeundique potestas data sit, virtuteque præsentium concessa intelligatur, quæ unicuique ante Germaniæ motus passim competebar: quos etiam Magistratus utrinque contra iniustas oppressiones & violentias instar propriorum subditorum defendere ac protegere teneantur, hæc conventionem, ut & iure legeque cuiusque loci per omnia salvis.

Amnestia in-
tuitu Commer-
ciorum indul-
ta.

§. 69.
Galliæ Regno
cessa:

QUO MAGIS AUTEM dicta pax & amicitia inter Imperatorem & Christianissimum Regem firmari possit, & securitati publicæ melius prospiciatur, ideo de consensu, consilio & voluntate Electorum, Principum & Statuum Imperii pro bono Pacis conventum est:

§. 70.
(1.) Episcopa-
tus Metensem,
Thullensem &
Virodunensem.

PRIMO, QUOD SUPREMUM DOMINIUM, iura Superioritatis, aliaque omnia in Episcopatus Metensem, Thullensem & Virodunensem, Urbesque cognomines eorumque Episcopatum districtus, & nominatim Moyenvicum, eo modo, quo hæctenus ad Romanum spectabant Imperium, imposterum ad Coronam Galliæ spectare, eique incorporari debeant in perpetuum & irrevocabiliter, reservato tamen iure Metropolitano ad Archiepiscopatum Trevirensis pertinente.

§. 71.
De Ducis Lo-
tharingiæ Re-
stitutione in
Episcopatum
Virodunen-
sem.

RESTITUATUR IN POSSESSIONEM Episcopatus Virodunensis Dominus Franciscus Lotharingiæ Dux tanquam legitimus Episcopus, & eum Episcopatum pacificè administrare, eiusque sicuti & suarum Abbatiarum (salvo Regis & cuiuscunque privati iure) nec non bonorum suorum patrimonialium ubicunque sitorum iuribus (quatenus prædictæ cessione non repugnant) privilegiis, redditibus & fructibus uti, frui permittatur, dummodo prius præstiterit Regi iuramentum fidelitatis, nihilque molietur adversus Sux Maiestatis Regni que commoda.

§. 72.
(2.) Pinaro-
lum.

SECUNDO, IMPERATOR & Imperium cedunt transferuntque in Regem Christianissimum eiusque in Regno Successores ius directi Domini

nii, Superioritatis, & quodcumque aliud, quod sibi & S. Romano Imperio hæcenus in Pinarolum competebat, & competere poterat.

TERTIO, IMPERATOR pro se totaque Serenissima Domo Austriaca, itemque Imperium cedunt omnibus iuribus, proprietatibus, dominiis, possessionibus ac iurisdictionibus, quæ hæcenus sibi, Imperio & Familiæ Austriacæ competebant in Oppidum Brisacum, Landgraviatum Superioris & Inferioris Alsatia, Suntgoviam, Præfecturamque Provinciam decem Civitatum Imperialium in Alsatia sitarum, scilicet Hagenaw, Colmar, Schlettstatt, Weisenburg, Landaw, Oberenheim, Rosheim, Münster in Valle S. Gregorii, Keifersberg, Turingheim, omnesque Pagos, & alia quæcumque iura, quæ a dicta Præfectura dependent, eaque omnia & singula in Regem Christianissimum Regnumque Galliarum transferunt, ita ut dictum Oppidum Brisacum cum Villis Hochstatt, Niederimfing, Harten & Acharren, ad communitatem Civitatis Brisacensis pertinentibus, cumque omni Territorio & banno, quatenus se ab antiquo extendit, salvis tamen eiusdem Civitatis Privilegiis & immunitatibus antehac à Domo Austriacæ obtentis & impetratis.

§. 73.

(3.) Brisacum
Alsatia &
Suntgovia.

ITEMQUE DICTUS LANDGRAVIATUS utriusque Alsatia & Suntgovia; tum etiam Præfectura Provincialis in dictas decem Civitates & loca dependentia, itemque omnes Vasalli, Landsassii, subditi, homines, oppida, castra, villæ, arces, sylvæ, forestæ, auri, argenti, aliorumque mineralium fodinæ, flumina, rivi, pascua, omniaque iura, Regalia & appertinentiæ, absque ulla reservatione cum omnimoda iurisdictione & Superioritate, supremoque Dominio à modò in perpetuum ad Regem Christianissimum, Coronamque Gallia pertineant, & dictæ Coronæ incorporata intelligantur, absque Cæsaris, Imperii, Domusque Austriacæ vel cuiuscunque alterius contradictione. Adeo ut nullus omnino Imperator aut Familiæ Austriacæ Princeps quicquam iuris aut potestatis in eis præmemoratis partibus cis & ultra Rhenum sitis, ullo unquam tempore prætereundere vel usurpare possit aut debeat. SIT TAMEN REX obligatus in eis omnibus & singulis locis Catholicam conservare Religionem, quemadmodum sub Austriacis Principibus conservata fuit, omnesque, quæ durante hoc bello novitates irrepererunt, remove.

§. 74.

Nil iuris au-
plus Imperi-
um præten-
dat in Alsa-
tia & Sunt-
govia.

§. 75.

Religio Catho-
lica in locis
celestibus ser-
vetur.

QUARTO, CHRISTIANISSIMÆ Maiestati eiusque in Regno Successoribus de consensu Imperatoris, totiusque Imperii, perpetuum ius sit tenendi præsidium in Castro Philipsburg protectionis ergò, ad convenientem tamen numerum restrictum, qui Vicinis iustam suspicionis causam præbere non possit, sumptibus duntaxat Coronæ Gallia sustentandum. Patere etiam debet Regi liber transitus per terras & aquas Imperii ad inducendos milites, commeatum, & cætera omnia, quibus & quoties opus fuerit.

§. 76.

(4.) Ius præsi-
dii in Castro
Philipsburg.

REX TAMEN præter protectionem, præsidium & transitum in dictum Castrum Philipsburg nihil ulterius prætereundere, sed ipsa proprietas, omnimoda iurisdictione, possessio, omniaque emolumenta, fructus, accessiones, iura, Regalia, servitutes, homines, subditi, vasalli, & quidquid omnino antiquitus ibidem & in totius Episcopatus Spirensis, Ecclesiarumque illi incorporatarum districtu Episcopo & Capitulo Spirensi competebar, & competere poterat, eisdem impostero quoque salva, integra & illaesa, excepto tamen iure protectionis, permaneant.

§. 77.

Salvo tamen
Episcopi Spi-
rensis Domi-
nio.

IMPERATOR, IMPERIUM, & Dominus Archidux Oenipontanus Ferdinandus Carolus respectivè exsolvent Ordines, Magistratus, Officiales

§. 78.

Magistratus
& subditi ces-
sarum ditio-

num plane
subiiciuntur
Galliz.

Renunciatio
Imperii &c.
in cessas Gal-
liz ditiones.

ales & subditos singularum supradictarum Ditionum, ac locorum, vinculis & sacramentis, quibus hucusque sibi, Domuique Austriacæ obstricti fuerant, eosque ad subiectionem, obedientiam & fidelitatem Regi Regnoque Galliz præstandam remittunt, obligantque. Atque ita Coronam Galliz in plena iustaque eorum superioritate, proprietate, & possessione constituunt, renunciantes omnibus in ea iuribus ac prætensionibus ex nunc in perpetuum, idque pro se, suisque posteris Imperator, dictus Dominus Archidux, eiusque Frater, (quatenus prædicta cessio ad ipsos pertinet) peculiari diplomate tum ipsi confirmabunt, tum efficient, ut à Rege Hispaniarum Catholico eadem quoque renunciatio in authenticâ formâ extradatur. Quod & Imperii totius nomine fiet, quo die subsignabitur præsens Tractatus.

§. 79.
Nulla unquam obstante
Imperii lege
alienationem
prohibente.

AD MAIOREM SUPRA DICTARUM cessionum & alienationum validitatem, Imperator & Imperium, vigore præsentis transactionis expressè derogant omnibus & singulis prædecessorum Imperatorum, Sacrique Romani Imperii Decretis, Constitutionibus, Statutis & Consuetudinibus, etiam Iuramento firmatis aut impostero firmandis, nominatimque Capitulationi Cæsareæ, quatenus alienatio omnimoda bonorum & Iurium Imperii prohibetur, simulque in perpetuum excludunt omnes exceptiones & restitutionis vias, quocunque tandem iure titulove fundari possent.

§. 80.
Ratihabitio
Comitialishu-
ius alienati-
onis promissa.

CONVENTUM EST INSUPER, ut præter promissam hic inferius à Cæsare & Imperii Statibus ratihabitionem, in proximis quoque Comitibus ex abundanti ratâ sint, supradictarum Ditionum iuriumque abalienationes, ac proinde, si in Cæsarea Capitulatione pactio, vel in Comitibus propositio deinceps fiat de occupatis distractisve Imperii bonis ac iuribus recuperandis, ea non complectatur aut complecti intelligatur res supra expressas, utpote ex communi Ordinum sententia pro publica tranquillitate in alterius Dominium legitime translatas, atque easdem in hunc finem ab Imperii matricula expungi placet.

§. 81.
Quæ munitiones in Alsatia solo a quanda sint?

STATIM A RESTITUTIONE Benfeldæ æquabuntur solo eiusdem oppidi munitiones, nec non adiacentis fortalitii Rhinau, sicuti quoque Tabernarum Alsatiz, Castri Hohenbar & Neoburgi ad Rhenum, neque in prædictis locis ullus miles præfidiarius haberi poterit.

§. 82.
De neutralitate Tabernarum &c.

MAGISTRATUS ET INCOLÆ dictæ Civitatis Tabernarum neutralitatem accuratè servent, pateatque illac Regio militi, quoties postulatum fuerit, tutus ac liber transitus. Nullæ ad Rhenum munitiones in citeriori ripa extrui poterunt Basileâ usque Philipsburgum, neque ullo molimine deflecti aut interverti fluminis cursus ab una alterave parte.

§. 83.
De ære alieno Camera Ensisheimiana solvendo.

QUOD AD ÆS ALIENUM attinet, quo Camera Ensisheimiana gravata est, Dominus Archi-Dux Ferdinandus Carolus recipiet in se cum ea parte Provinciæ, quam Rex Christianissimus ipsi restituere debet, tertiam omnium debitorum partem sine distinctione, sive chirographaria, sive hypothecaria sint, dummodo utraque sint in forma authentica, & vel specialem hypothecam habeant, sive in Provincias cedendas, sive in restituendas, vel, si nullam habeant, in libellis rationariis receptorum ad Camera Ensisheimianam respondentium usque ad finem Anni millesimi sexcentissimi trigesimali secundi agnita, atque inter debita & credita illius recensita fuerint, & pensionum annuarum solutio dictæ Camera incubuerit, eamque dissolveret, Regem pro tali quota indemnem penitus præstando.

QUE

QUÆ VERO DEBITA Collegiis Ordinum ex singulari per Austria-
cos Principes, cum ipsis in Diæti Provincialibus inita conventionione at-
tributa, aut ab ipsis Ordinibus communi nomine contracta sunt, iisque sol-
venda incumbunt, debet inter eos, qui in Ditionem Regis veniunt, ac-
que illos, qui sub Dominio Domus Austriacæ remanent, iniri conveniens
distributio, ut unaquæque pars sciat, quantum sibi æris alieni dissolven-
dum restet.

REX CHRISTIANISSIMUS restituet Domui Austriacæ, & in spe-
cie supradictæ Domino Archi-Duci Ferdinando Carolo primogenito quon-
dam Archi-Ducis Leopoldi Filio, quatuor Civitates Sylvestres, Rheinfel-
den, Seckingen, Lauffenberg Walshutum, cum omnibus Territoriis
& Balivatibus, Villis, Pagis, Molendinis, Sylvis, Forestis, Vasallis, Sub-
ditis, omnibusque appertinentiis cis & ultra Rhenum. Itemque Comita-
tum Hawenstein, Sylvam nigram, totamque Superiorem & Inferiorem
Brisgoviam, & Civitates in ea sitas antiquo iure ad Domum Austriacam
spectantes, scilicet Newburg, Freyburg, Endingen, Kentzingen, Wald-
kirch, Villingen, Breilningen, cum omnibus Territoriis. Item cum o-
mnibus Monasteriis, Abbatibus, Prælatoribus, Præposituris, Ordinibusque E-
questrum Commendatariis, cum omnibus Balivatibus, Baronatibus,
Castris, Fortalitiis, Comitibus, Baronibus, Nobilibus, Vasallis, homini-
bus, subditis, fluminibus, rivis, forestis, sylvis, omnibusque Regaliis, iu-
ribus, iurisdictionibus, Feudis & patronatibus, cæterisque omnibus &
singulis ad sublime Territorii ius patrimoniumque Domus Austriacæ in
toto isto tractu antiquitus spectantibus. Totam item Ornaviam, cum
Civitatibus Imperialibus Offenbourg, Gengenbach & Cella ahm Hamer-
spach, quatenus scilicet Præfecturæ Ornaviensi obnoxia sunt, aded, ut
nullus omnino Rex Franciæ quicquam iuris aut potestatis in his præme-
moratis partibus, cis & ultra Rhenum sitis, ullo unquam tempore præ-
tendere, aut usurpare possit aut debeat, ita tamen, ut Austriacis Princi-
pibus prædictâ restitutione nihil novi iuris acquiratur. Libera sint in uni-
versum inter utriusque Rheni ripæ & Provinciarum utrinque adiacenti-
um incolas, commercia & commercatus: Imprimis verò libera sit Rheni
navigatio, ac neutri parti permillum est, naves transeuntes descendentes
aut ascendentes impedire, detinere, arrestare aut molestare, quocunque
prætextu, solâ inspectione, quæ ad persequendas, aut visitandas mer-
ces fieri consuevit, exceptâ, nec etiam liceat nova & insolita vectigalia,
pedagia, passagia, datia, aut alias eiusmodi exactiones ad Rhenum im-
ponere, sed utraque pars contenta maneat vectigalibus & datis ordina-
riis ante hoc bellum sub Austriacorum gubernatione ibidem præstare so-
litis.

OMNES VASALLI, Landfassi, Subditi, Cives, Incola, quicum-
que cis & ultra Rhenum Domui Austriacæ, sicut etiam illi, qui imme-
diatè Imperio subiecti erant, vel alios Imperii Ordines ut Superiores
recognoscunt, non obstante quacunque confiscatione, translatione, do-
natione per quoscunque belli Duces aut Præfectos militiæ Suedicæ aut
Confederatorum post occupatam Provinciam facta, perque Regem Chri-
stianissimum ratificata, aut proprio motu decerta, statim post publicatam
Pacem bonis suis immobilibus & stabilibus, sive corporalia sive incorpo-
ralia sint, villis, castris, oppidis, fundis, possessionibus restitui debent,
citra ullam exceptionem meliorationum, expensarum, sumptuum com-
pensationem, quas moderni possessores quomodolibet obicere possent, &
citra restitutionem mobilium ac se moventium, & fructuum perceptorum.
Quod verò ad confiscationes rerum, pondere, numero, & mensurâ con-
fiscationum exactiones, concussiones, atque extorsiones intuitu belli fa-

§. 84.
De Ordinibus
Provinciali-
um debitis.

§. 85.
Restituet Rex
Galliæ:
(1.) Civitates
& Sylvestres.

(2.) Comita-
tum Hau-
enstein, Sylvam
nigram, om-
nibusque
Brisgoviam.

(3.) Totam
Ornaviam.

Libertas com-
mercii & na-
vigatiæ Rhe-
ni restituta.

§. 86.
Vasallis &
subditis con-
fiscata bona
restituuntur.

Non æque
mobilia, nec
fructus percep-
ti.

Etas atinet, earum repetitio ad amputandas lites utrinque penitus cassata & sublata esto.

§. 87.
Relinquantur
Ordines in Al-
satia, in pos-
sessione immo-
diata.

TENEATUR REX CHRISTIANISSIMUS non solum Episcopos Argentinensem & Basiliensem, cum Civitate Argentinesi, sed etiam reliquos per utramque Alsatiam Romano Imperio immediate subiectos Ordines, Abbates Murbacensem & Luderensem, Abbatissam Antlayensem, Monasterium in Valle S. Gregorii Benedictini Ordinis, Palatinos de Lutzstein, Comites & Barones de Hanaw, Fleckenstein, Oberstein, totiusque Inferioris Alsatiae Nobilitatem, Item praedictas decem Civitates Imperiales, quae Praefecturam Hagenoensem agnoscunt, in ea libertate & possessione Immediatae erga Imperium Romanum, qua haecenus gavisae sunt, relinquere: Ita ut nullam ulterius in eo Regiam superioritatem praetendere possit, sed iis iuribus contentus maneat, quaecumque ad Domum Austriacam spectabant, & per hunc Pacificationis Tractatum Coronae Galliae ceduntur. Ita tamen, ut praesenti hae declaratione nihil detractum intelligatur de eo omni supremi Domini iure, quod supra concessum est.

§. 88.
Rex Galliae
solvat 3.
Milliones li-
brarum Tu-
ronensium.

ITEM, REX CHRISTIANISSIMUS pro recompensatione partium ipsi cessarum, dicto Domino Archiduci Ferdinando Carolo solvi curabit tres Milliones Librarum Turonensium annis proximè sequentibus, scilicet, millesimo sexcentesimo quadragesimo nono, quinquagesimo, & quinquagesimo primo in Festo S. Ioannis Baptistae, quolibet anno tertiam partem in moneta bona & proba Basileae, ad manum Domini Archiducis eiusve Depuratorum.

§. 89.
Et recipiat in
se 2. tertias
debitorum Ca-
merae Ensis-
heimianae.

PRÆTER DICTAM PECUNIAE QUANTITATEM Rex Christianissimus tenebitur in se recipere duas tertias debitorum Camerae Ensisheimianae, sine distinctione, sive chirographaria, sive hypothecaria sint, dummodo utraque sint in forma authentica, & vel specialem hypothecam habeant, sive in Provincias cedendas, sive in restituendas, vel si nullam habeant, in libellis rationariis receptorum ad Cameraam Ensisheimianam respondentium usque ad finem Anni millesimi sexcentissimi trigesimali secundi agnita, atque inter credita & debita illius recensita fuerint, & pensationum annuarum solutio dictae Camerae incubuerit, easque dissolveret, Archiducem pro tali quota prorsus indemnem praestando, utque id aequius fiat, delegabuntur ab utraque parte Commissarii statim à subscripto Tractatu Pacis, qui ante primae pensionis solutionem convenient, quanam nomina utrique parti expungenda sint.

§. 90.
Restituat
quoque docu-
menta literaria.

CURABIT REX CHRISTIANISSIMUS praefato Domino Archiduci bona fide absque ulla mora & retardatione restitui omnia & singula literaria Documenta, cuiuscumque illa generis sint, quae terras eidem restituendas concernunt, quatenus quidem in Cancellaria Regiminis & Camerae Ensisheimianae, aut Brisacii, vel etiam in custodia Officialium, Oppidorum & Arcium occupatarum reperiuntur.

§. 91.
De Documen-
tis communi-
bus.

QUOD SI TALIA Documenta sint publica, quae cessas etiam terras pro indiviso concernunt, de his Archiduci exempla authentica quotiescunque requisierit, edentur.

§. 92.
Tractatus
Cherasensis
confirmatio.

ITEM, NE CONTROVERSIAE inter Dominos Sabaudiae & Mantuae Duces, ratione Montisferrati, authoribus inclytæ recordationis Ferdinando II. Imperatore & Ludovico XIII. Galliarum Rege, Suarum Majestatum Parentibus, definitae & terminatae, in Christianae Reipublicae perni-

niciem aliquando recrudescant, conventum est, quod Tractatus Cherafci sexto Aprilis Anno Domini millesimo sexcentesimo trigesimo primo cum subsecuta super eodem Ducatu Montisferrati executione, firmus stabilisque in omnibus suis articulis in perpetuum manebit, excepto tamen Pinarolo ac pertinentiis inter Suam Maiestatem Christianissimam ac Dominum Ducem Sabaudiaë definitis & Christianissimo Regi Regnoque Galliaë acquisitis per peculiare tractatus, qui eadem stabilitate & firmitate consistent in iis omnibus, quæ translationem aut cessionem Pinaroli & pertinentium concernunt: Siquid tamen in dictis peculiaribus tractatibus contineatur, quod Pacem Imperii turbare, vel novos in Italia motus post præsens bellum, quod nunc in illa Provincia geritur, compositionem, excitare possent, id nullum & irritum sit, dictâ nihilominus cessione in suo robore permanente cum aliis conditionibus, quæ tam in favorem Ducis Sabaudiaë quam Regis Christianissimi conventæ sunt. IDEOQUE ET IMPERATORIA & Christianissima Maiestas vicissim promittunt, se cæteris omnibus tam ad prædictum Tractatum Cherafscensem, quam executionem spectantibus, & in specie Albam, Trinum eorumque territoria & reliqua loca, nunquam directè vel indirectè, specie iuris aut viâ facti contraventuras, neque ullo auxilio vel favore contravenientem adiuturas, quinimò communi autoritate datum iri operam, ut ne à quocumque quovis prætextu violeatur, cum maximè se obligatum esse declaraverit Rex Christianissimus dicti tractatus executionem omnibus modis promoveri, atque etiam armis tueri, eo præsertim fine, ut dictus Dominus Sabaudiaë Dux, non obstantibus superioribus clausulis, in pacifica Trini & Albæ reliquorumque locorum ipsi per dictum tractatum & investituram subsecutam in Ducatu Montisferrati concessorum & assignatorum possessione semper relinquatur & manuteneatur.

UT AUTEM OMNIUM diffidorum & controversiarum semina inter eosdem Duces penitus extirpentur, quadringenta & nonaginta quatuor aureorum millia, quæ incluzæ memoriæ Christianissimus Rex Ludovicus XIII. in exonus Domini Ducis Sabaudiaë, se Domino Duci Mantuaë soluturum spondit, Christianissima Maiestas præsentî paratâque pecuniâ dicto Domino Duci Mantuaë numerari faciet, & propterea Dominum Ducem Sabaudiaë eiusque Hæredes & Successores ab ea obligatione omninò relevabit, præstabitque indemnem ab omni petitione, quæ ratione vel occasione dictæ summæ, à dicto Domino Duce Mantuaë, vel eius Successoribus fieri posset, adeò ut impofterum eius nomine, colore, ratione aut prætextu Dominus Dux Sabaudiaë, hæredes, aut Successores nullam omninò iuris vel facti molestiam aut vexationem à Domino Duce Mantuaë, hæredibus aut successoribus eius patiantur. Qui ab hoc die & à modo in antea cum autoritate & consensu Cæsaræ & Christianissimæ Maiestatis, solenni huius publicæ Pacis Instrumenti vigore, nullam penitus in tota hac causa actionem contra Dominum Ducem Sabaudiaë eiusque hæredes & successores exercere poterunt.

CÆSAREA MAIESTAS decenter requisita concedet Domino Duci Sabaudiaë unâ cum investitura antiquorum Feudorum & statuum, qualem incluzæ memoriæ Ferdinandus II. Duci Sabaudiaë Victori Amedeo concesserat, investituram quoque locorum, ditionum, statuum, omniumque iurium Montisferrati, cum appertinentiis, quæ illi vigore prædicti Tractatus Cherafscensis, nec non executionis inde subsecutæ decreta & remissa fuerunt, sicuti quoque Feudorum novelli Monfortis, Sinii, Moncherii & Castellati cum appertinentiis, iuxta tenorem Instrumenti acquisitionis ab eodem Duce Victore Amedeo factæ sub decimo tertio Octobris Anni Millesimi sexcentesimi trigessimi quarti, & congruenter concessioni.

Excepto Pinarolo.

Ab omni iure & possessione Pinaroli & pertinentium.

§. 93.

A neutra parte eidem contraveniatur.

Ab omni iure & possessione Pinaroli & pertinentium.

Sabaudiaë Duci maneat Montisferrati possessio.

§. 94.

Rex Galliaë solvat Duci Mantuaë 494000. aureos.

§. 95.

De investitura Montisferrati Duci Sabaudiaë impertienda.

tionibus seu permissionibus, nec non approbationibus Cæsareæ Maiestatis, cum confirmatione quoque omnium & quorumcunque privilegiorum, quæ Sabaudia Ducibus hætenus indulta fuerunt, quotiescunque à Domino Duce Sabaudia requirentur & postulabuntur.

§ 96.
Duci Sabaudia
salva sit
superioritas in
Feuda Roche-
verani, Olmi
Cæsola.

ITEM CONVENTUM EST, quod Dux Sabaudia, hæredes & Successores eius nullatenus à Cæsarea Maiestate turbentur aut inquietentur in Superioritate, seu iure superioritatis, quod habent in Feudis Rocheverani, Olmi & Cæsola cum appertinentiis, quæ à Romano Imperio nullâ ratione dependent, & revoeatis, annullatisque donationibus & investituris in dictorum feudorum possessione seu quasi Dominus Dux manuteneatur, & quatenus opus sit, redintegretur, parique ratione eisdem Vasallus Comes Veruvæ, quoad eadem Feuda Olmi & Cæsola & quartæ partis Rocheverani suæ possessioni seu quasi restituatur, & in eadem plenissimè cum fructibus omnibus redintegretur.

§. 97.
De Restitu-
tione Rocha.

ITEM CONVENTUM EST, quod Cæsarea Maiestas restitui faciat Comitibus Clementi & Iohanni filiis, nec non & nepotibus ex filio Octaviano Comitibus Caroli Cacherani integrum Feudum Rochæ, Arazii cum appertinentiis & dependentibus, quibuscunque non obstantibus.

Reggiolam &
Luzzara sub
Mantuano
Ducatu com-
prehendantur.

Similiter declarabit Imperator in investitura Ducatus Mantuæ comprehendi Castra Reggioli & Luzzaræ cum suis territoriis & dependentiis, quorum possessionem Dux Guastalla Duci Mantuæ restituere teneatur, reservatis tamen eidem iuribus pro sex millibus scutorum annuorum, quæ præterdit; de quibus agere, & iudicio experiri coram sua Cæsarea Maiestate valeat adversus Ducem Mantuæ.

§. 98.
De Publicatio-
ne Pacis hosti-
litateque
cessatione.

SIMULATQUE VERÒ Instrumentum Pacis à Dominis Plenipotentariis & Legatis subscriptum & signatum fuerit, cesset omnis hostilitas, & quæ supra conventa sunt, utrinque è vestigio executioni mandentur, utque id melius & citius adimpleatur, sequenti post subscriptionem die Publicatio Pacis fiat more solemnni & solito per compita Civitatum Monasteriensis & Osnabrugensis, post acceptum tamen nuncium, quod subscriptio Tractatus facta fuerit in utroque loco, statimque post Publicationem factam diversi mittantur Cursores ad Duces Exercituum, qui citatis equis simul iter conficiant, dictis Ducibus significant, conclusam esse Pacem, curentque, ut conventa inter ipsos Duces die Pax & cessatio hostilitatum in singulis Exercitibus denuò publicetur, omnibusque & singulis belli Ministris & Civitatum, aut Fortalitiorum Gubernatoribus imperetur, ut ab omni hostilitatum genere imposterum abstineant, ita, ut siquid post dictam Publicationem attentatum, aut viâ facti mutatum fuerit, id quamprimum reparari & in pristinum statum restitui debeat.

§. 99.
De restitu-
tione locorum
& exauctora-
tione mili-
tium.

CONVENIANT INTER SE utriusque partis Plenipotentarii intra tempus conclusæ & ratificandæ Pacis de modo, tempore, & securitate restitutionis locorum & exauctorationis militiae, ita ut utraque pars secura esse possit, omnia, quæ conventa fuerint, sincerè adimpletum iri.

§. 100.
De Executio-
ne Pacis & E-
dictis Impera-
toris in eam
rem.

INPRIMIS QUIDEM Imperator per universum Imperium Edicta promulget & seriò mandet eis, qui hisce pactis & hæc Pacificatione ad aliquid restituendum vel præstandum obligantur, ut sine tergiversatione & noxa intra tempus conclusæ & ratificandæ Pacis præsent & exequantur transacta, iniungendo tam Directoribus, Ausschreibenden Fürsten, quam
Præ-

Præfectis Militiæ Circularis, Crayß-Obristen, ut ad requisitionem restituendorum iuxta ordinem executionis & hæc pacta, restitutionem cuiusque promoveant & perficiant. Inferatur etiam Edictis clausula, ut quia Circuli Directores, die Ausschreibende Fürsten, aut Præfecti Militiæ Circularis, Crayß-Obristen, in causa vel restitutione propria minus idonei executioni esse censentur, hoc in casu, itemque si Directores vel Præfectum Militiæ Circularis repudiare commissionem contingat, vicini Circuli Directores aut Præfecti Militiæ Circularis eodem executionis munere etiam in alios Circulos ad restituendorum requisitionem fungi debeant.

§. 101.
De Commissariis ad Executionem adhibendis.

QUO SI ETIAM restituendorum aliquis Cæsareos Commissarios ad alicuius restitutionis, præstationis vel executionis actum necessarios censuerit, quod ipsorum optioni relinquitur, etiam illi sine mora dentur. Quo casu ut rerum transactarum effectus tantò minus impediatur, tam restituentibus, quam restituendis liceat, statim conclusâ & subscriptâ Pacificatione, binos aut trinos utrinque nominare Commissarios, è quibus Cæsarea Maiestas unum à restituendo, alterum à restituente nominatum, pares tamen numero ex utraque Religione eligat, quibus iniungatur, ut omnia, quæ vigore huius Transactionis oportet, absque mora exequantur. Sin autem Restituentes Commissarios nominare neglexerint, Cæsarea Maiestas ex iis, quos restituendus nominaverit, unum deliget, aliumque pro suo arbitrio, observatâ tamen utrobique diversæ Religioni additorum paritate, adiunget, quibus Commissionem executionis demandabit, non obstantibus exceptionibus in contrarium factis. Ipsi deinde restituendi mox à conclusione Pacis de transactorum tenore notum faciant interessatis aliquid restitutoris.

§. 102.
De obsequio prompto Pacis conclusæ præstando.

OMNES DENIQUE & singuli sive Status, sive Communitates, sive privati, sive Clerici, sive Seculares, qui vigore huius transactionis eiusdemque regularum generalium, vel specialis expressæque alicuius dispositionis ad restituendum, cedendum, dandum, faciendum, aut aliud quid præstandum obstricti sunt, teneantur statim, post promulgata Cæsarea Edicta, & factam restituendi notificationem, sine omni tergiversatione vel oppositione clausulæ salvatoris, sive generalis, sive specialis alicuius supra in Amnestiâ positæ, aut quacunque alia exceptione, itemque sine noxa aliqua, omnia, ad quæ obligantur, restituere, cedere, dare, facere & præstare.

§. 103.
Ne quis Executioni Pacis resistat.

NEC DIRECTORUM & Præfectorum Circularis militiæ, aut Commissariorum executioni quisquam, sive Status, sive miles, præsertim præsidarius, sive quilibet alius sese opponat, sed potius Executoribus assistant, liberumque sit dictis Executoribus contra eos, qui executionem quovis modo impedire conantur, suis vel etiam restituendorum viribus uti.

§. 104.
De captivorum liberati-
one.

DEINDE OMNES & singuli utriusque partis Captivi sine discrimine Sagi vel Togæ, eo modo, quo inter Exercituum Duces cum Cæsareæ Maiestatis approbatione conventum est, vel adhuc convenietur, liberi dimittantur.

§. 105.
De Præsidis Militaribus educendis.

RESTITUTIONE EX CAPITE AMNESTIÆ & Gravaminum factâ, liberatis captivis & ratihabitionibus commutatis, omnia utriusque partis militaria præsidia, sive Imperatoris eiusque Sociorum & Fœderatorum, sive Regis Christianissimi & Landgraviæ Hassiæ, eorumque Fœderatorum & Adherentium, aliove quocunque nomine imposita fuerint,

ex Civitatibus Imperii ac omnibus aliis locis restituendis, sine exceptionibus, mora, damno & noxa pari passu educantur.

§. 106.
Ut loca bello
capta legitimi-
s dominis
restituatur.

LOCA IPSA, Civitates, Urbes, Oppida, Arces, Castella, Fortallia, tam quæ per Regnum Bohemæ aliasque terras Imperatoris, Domusque Austriacæ hæreditarias, quam cæteros Imperii Circulos à partibus belligerantium supradictis occupata & retenta, vel per Armistitii unius vel alterius partis, vel quemcunque alium modum concessa sunt, prioribus & legitimis suis Possessoribus & Dominis, sive mediati sive immediati Imperii Status sint, tam Ecclesiasticis, quam Secularibus, comprehensâ liberâ Imperii Nobilitate, absque mora restituantur, liberæque eorum dispositioni, sive de iure & consuetudine, sive vigore præsentis transactionis competenti permittantur, non obstantibus ullis donationibus, infeudationibus, concessionibus, (nisi ulterò & spontaneâ Status alicuius voluntate alicui factæ sint vel fuerint) obligationibus pro redimendis captivis, aut avertendis devastationibus incendiisque datis, aut aliis quibuscunque titulis, in priorum legitimorum Dominorum possessorumve præiudicium acquisitis, cessantibus etiam pactis & federibus, aut quibuscunque aliis exceptionibus prædictæ restitutioni adversantibus, quæ omnia pro nullis haberi debent. Salvis tamen iis, quæ & quatenus in præcedentibus articulis circa satisfactionem S. Maiestatis Christianissimæ, ut & quibusdam Imperii Electoribus & Principibus factis concessionibus & æquivalentibus compensationibus aliter excepta & disposita sunt, nec mentio Regis Catholici, & nominatio Ducis Lotharingiæ in Instrumento Cæsareo-Suecico facta, minus prædicatum Landgravii Alsatia Imperatori attributum, Christianissimo Regi ullum præiudicium afferant, nec ea, que circa satisfactionem militiæ Suedicæ conventa sunt, ullum respectu Sux Maiestatis sortiantur effectum.

§. 107.
Reciprocè fiat
ista restituti-
o.

ATQUE HÆC RESTITUTIO locorum occupatorum tam à Cæsareâ Maiestate, quam à Rege Christianissimo, & utriusque Sociis, Federatis & Adhærentibus fiat reciprocè & bonâ fide.

§. 108.
De Archivorum,
mobili-
um, tormen-
torum bellico-
rum restituti-
one.

RESTITUANTUR ETIAM Archiva & Documenta Literaria, aliaque mobilia, ut & Tormenta bellica, quæ in dictis locis tempore occupationis reperta sunt, & adhuc ibi salvareperiuntur. Quæ vero post occupationem aliunde eò invecata sunt, sive in præliis capta, sive ad usum & custodiam eò per occupantes illata fuerunt, unâ cum annexis, ut & bellico apparatu, iisdem quoque secum exportare & avehere liceat.

De deceden-
tium militum
sublevatione
in itinere.

Teneantur subditi cuiusque loci decedentibus præsidiiis & militibus Currus, Equos & Naves, cum necessario victu, pro omnibus necessariis avehendis ad loca in Imperio destinata absque pretio subministrare, quos Currus, Equos & Naves restituere debent Præfecti præsidiorum militumque hoc modo discedentium, sine dolo & fraude. Liberent etiam Statuum subditi se invicem ab hoc onere vesturæ de uno Territorio in aliud, donec ad loca in Imperio destinata pervenerint, nec præsidiorum, aut aliis militiæ Præfectis aut Officialibus liceat subditos eorumque Currus, Equos, Naves & similia eorum usibus commodata, omnia vel singula extra Dominorum suorum multo minus Imperii fines, secum trahere, eoque nomine obsidibus cavere teneantur.

§. 109.
Reddita loca
a præsidiiis libe-
ra mancant.

REDDITA VERÒ sive maritima sive limitanea, sive mediterranea fuerint dicta loca ab ulterioribus omnibus durantibus hisce bellorum motibus introductis præsidiiis perpetuò posthac libera sunt, & Dominorum

rum suorum (salvo de cætero cuiusque iure) liberæ dispositioni relinquuntur.

Nulli autem Civitati vel nunc vel in futurum ullo præiudicio damove cedat, quod ab alterutra parte belligerantium occupata & infessa fuerat, sed omnes & singulæ cum omnibus & singulis Civibus & Incolis, tam universalis Amnestiæ, quam cæteris huius Pacificationis beneficiis gaudeant, iisque de cætero omnia sua Iura & Privilegia in sacris & profanis, quæ ante hos motus habuerunt, facta testaque maneant, salvis tamen iuribus superioritatis, cum inde dependentibus pro singulis quarumcunque Dominis.

DENIQUE OMNIUM belligerantium in Imperio partium Copiæ & Exercitus dimittantur & exauctorentur, eo tantum numero in suos cuiusque proprios status traducto, quem quæque pars pro sua securitate iudicaverit necessarium.

§. 110.
De militum
missione.

PACEM HOC MODO CONCLUSAM promittunt Cæsarei & Regii, Ordinumque Imperii Legati & Plenipotentiarii, respectivè ab Imperatore & Christianissimo Rege Sacrique Imperii Romani Electoribus, Principibus & Statibus, ad formam hic mutuo placitam ratihabitum iri, seseque infallibiliter præstituros, ut solemnia Ratihabitionum Instrumenta intra spacium octo septimanarum à die subscriptionis computandarum MONASTERII præsententur, & reciprocè ritèque commutentur.

§. 111.
Mutua conclusæ Pacis
Ratihabitiis
promissa.

Pro maiori etiam horum omnium & singulorum pactorum firmitudine & securitate sit hæc Transactio perpetua Lex & Pragmatica Imperii Sanctio, imposterum æque ac aliæ leges & Constitutiones fundamentales Imperii, nominatim proximo Imperii Receptui, ipsique Capitulationi Cæsareæ inferenda, obligans non minus absentes, quam præsentés, Ecclesiasticos æque ac Politicos, sive Status Imperii sint, sive non, eaque tam Cæsareis Procerumque Consiliariis & Officialibus, quam Tribunalium omnium Indicibus & Assessoribus tanquam Regula, quam perpetuo sequantur, præscripta.

§. 112.
Instrumentum
Pacis esto Lex
Imperii &
norma iudicandi perpetua.

CONTRA HANC TRANSACTIONEM ullumve eius Articulum aut clausulam nulla Iura Canonica vel Civilia, communia vel specialia Conciliorum Decreta, Privilegia, Indulta, Edicta, Commissiones, Inhibitiones, Mandata, Decreta, Rescripta, Litispendentiæ, quocunque tempore lata Sententiæ, res iudicatae, Capitulationes Cæsareæ, & aliæ Religiosorum Ordinum Regulæ aut Exemptiones, sive præteriti, sive futuri temporis Protestationes, Contradictiones, Appellationes, Investituræ, Transactiones, Iuramenta, Renunciationes, Pacta seu dediticia seu alia, multo minus Edictum Anni millesimi sexcentissimi vigesimi noni, vel Transactio Pragensis cum suis appendicibus, aut Concordata cum Pontificibus, aut interimistica Anni millesimi quingentesimi quadragiesimi octavi, ullave alia Statuta, sive Politica sive Ecclesiastica Decreta, Dispensationes, Absolutiones, vel ullæ aliæ quocunque nomine aut prætextu excogitari poterint, exceptiones unquam allegentur, audiantur aut admittantur, nec uspiam contra hanc Transactionem in petitorio aut possessorio, seu alij Processus vel commissiones unquam decernantur.

§. 113.
Nil quidquam
allegetur unquam
contra
hanc Pacem.

QUI VERO HUIC TRANSACTIONI vel Paci publicæ, consilio
Y
vel

§. 114.
Pena contra
vel

*Pacis trans-
gressores Ra-
cuta.*

vel ope contraverit, vel executioni aut restitutioni repugnaverit, vel etiam legitimo modo supra convento & sine excessu facta restitutione, sine legitima causa cognitione & ordinaria Iuris executione, restitutum de novo gravare tentaverit, sive Clericus sive Laicus fuerit, pœnam fractæ Pacis ipso iure & facto incurrat, contraque eum iuxta Constitutiones Imperii restitutio & præstatio cum pleno effectu decernatur & demandetur.

§. 115.
*De Pacis Ga-
rantia.*

PAX VERÒ CONCLUSA nihilominus in suo robore permaneat, teneanturque omnes & singuli huius Transactionis consortes universas & singulas huius Pacis leges contra quemcunque sine Religionis distinctione tueri & protegere, & si quid eorum à quocunque violari contigerit, læsus lædentem imprimis quidem à via facti dehortetur, causâ ipsâ vel amicabili compositioni, vel iuris disceptationi submissâ.

§. 116.
*Nemo ius su-
um armis pro-
sequatur.*

VERUNTAMEN SI NEUTRO horum modorum intra spatium trium annorum terminetur controversia, teneantur omnes & singuli huius Transactionis consortes, iunctis cum parte læsa consiliis viribusque arma sumere ad repellendam iniuriam à passo moniti, quod nec amicitia, nec iuris via locum invenerit, salvâ tamen de cætero uniuscuiusque iurisdictione, iustitiæque iuxta cuiusque Principis aut Status leges & Constitutiones competenti administratione. Et nulli omnino Statuum Imperii liceat ius suum vi vel armis persequi, sed si quid controversiæ sive iam exortum sit, sive posthac inciderit, unusquisque iure experiatur, secus faciens reus sit fractæ Pacis. Quæ vero iudicis sententiâ definita fuerint, sine discrimine Statuum executioni mandentur, prout Imperii leges de exequendis sententiis constituunt.

§. 117.
*De Circulorum
redintegratione.*

UT ETIAM PAX PUBLICA tanto melius conservari possit redintegrentur Circuli, & statim ac undecunque turbarum vel motuum aliqua initia apparent, observentur ea, quæ in Constitutionibus Imperii de Pacis publicæ executione & conservatione disposita sunt.

§. 118.
*Transitus mi-
lites inno-
xie institu-
antur.*

QUOTIES AUTEM MILITES quâvis occasione, aut quocunque tempore, per aliorum Territoria aut fines aliquis ducere velit, transitus huiusmodi instituat eorum, ad quem transeuntes milites pertinent, sumptu, atque adeo sine maleficio, damno & noxa eorum, quorum per territoria ducuntur, ac denique omnino observentur, quæ de conservatione Pacis Publicæ Imperii Constitutiones decernunt & ordinant.

§. 119.
*Quinam hæc
pax compre-
hendantur.*

SUB HOC PRÆSENTI Pacis Tractatu comprehendantur illi qui ante permutationem ratificationis, vel inter sex menses postea ab una alteraque parte ex communi consensu nominabuntur, interim tamen utriusque placito comprehenditur Respublica Veneta, uti mediatrix huius Tractatus. Ducibus quoque Sabaudia, & Mutina, quod pro Rege Christianissimo in Italia bellum gesserint, & etiam nunc gerant, nullum unquam adferat præiudicium.

§. 120.
*Legatorum
qui Pacem
subscripserunt
nomina.*

IN QUORUM OMNIUM & singulorum fidem maiusque robur, tam Cæsarei, quam Regii Legati, nomine vero omnium Electorum, Principum ac Statuum Imperii ad hunc actum specialiter ab ipso (vigore conclusi die decimâ tertiâ Octobris Anni infra mentionati facti, & ipsâ die subscriptionis sub Sigillo Cancellariæ Moguntinæ, Legato Gallico extraditi) Deputati, nimirum Electoralis Moguntinus, Dominus Nicolaus Georgius de Reigersberg, Eques, Cancellarius. Electoralis Bavaricus, Dominus Ioannes Adolphus Krebs, Consiliarius intimus. Electoralis Branden-
bur-

burgicus, Dominus Ioannes Comes in Sain & Wittgenstein, Dominus in Homburg & Vallendar, Consiliarius intimus. Nomine Domus Austriae, Dominus Georgius Ulricus Comes à Wolckenstein, Consiliarius Cæsareo-Aulicus. Dominus Cornelius Gobelius, Episcopi Bambergensis Consiliarius. D. Sebastianus Wilhelmus Meel, Episcopi Herbipolensis Consiliarius intimus. D. Iohannes Ernestus, Ducis Bavariæ Consiliarius Aulicus. Dominus Wolfgangus Conradus à Tumbshirn, Consiliarius Aulicus Saxonico-Altenburgensis & Coburgensis. Dominus Augustus Carpzovius, Consiliarius Saxonico-Altenburgensis & Coburgensis. Dominus Ioannes Fromhold, Domus Brandenburgicæ, Culmbacensis & Onoltzbacensis, Consiliarius intimus. Dominus Henricus Langenbeck, Iurisconsultus, Domus Brunsvico-Luneburgicæ Lineæ Cellensis Consiliarius intimus. Dominus Iacobus Lampadius, Iurisconsultus, Lineæ Calenbergensis Consiliarius intimus & Pro-Cancellarius. Nomine Comitum Scamni Wetteraviensis, Dominus Matthæus Wefenbecius, Ictus & Consiliarius. Nomine utriusque Scamni Civitatis, Dominus Marcus Otto Argentoratensis, Dominus Ioannes Iacobus Wolff, Ratisbonensis, Dominus David Gloxinius, Lubecensis, & Dominus Iodocus Christophorus Kresl à Kressenstain, Norimbergensis Reipublicæ respectivè Syndici, Senatores, Consiliiarii & Advocati, præfens Pacis Instrumentum manibus sigillisque propriis muniverunt ac firmarunt, dictique Ordinum Deputati Principalium suorum Ratificationes formulâ conventa, termino supra constituto sese extradituros polliciti sunt. Reliquis Statuum Plenipotentiaris liberum relinquendo, velint an nolint nomina sua subsignare, suorumque Principalium ratificationes accersere: sed hoc pacto atque lege, ut subscriptione iam nominatorum Deputatorum reliqui Status omnes & singuli, qui subscriptione & ratificatione supersedent, tam firmiter ad observantiam & manurentiam eorum quæ in hoc Pacificationis instrumento continentur, obligati sint, ac si ab ipsis subscriptio fuerit facta & exhibita ratificatio: nec ulla à Directorio Imperii Romani contra subscriptionem à memoratis Deputatis factam recipiatur aut valeat vel Protestatio vel contradictio. Acta sunt hæc Monasterii Westphalorum Die 24. Mensis Octobris Anno Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo Octavo.

*Sequitur Exemplum Plenipotentie Domini
Imperatoris.*

Nos FERDINANDUS Tertius Divina favente clementia Electus Romanorum Imperator semper Augustus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatia, Sclavoniæ, &c. Rex, Archi-Dux Austria, Dux Burgundiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ & Wirtembergæ &c. Comes Tyrolis &c. Universis & singulis quorum interest aut quomodolibet interesse potest, notum testatumque facimus. Postquam ab aliquo tempore, primum inter Dominum Patrem Nostrum Serenissimum ac Potentissimum Principem, Dominum Ferdinandum II. Romanorum Electum Imperatorem semper Augustum, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatia, Sclavoniæ Regem, Archi-Ducem Austria, Ducem Burgundiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ & Wirtemberge, &c. Comitem Tyrolis &c. Pientissimæ & Gloriosissimæ memoriæ; Deinde inter Nos sociosque Nostros ab unâ parte, & Serenissimum ac Christianissimum quondam Principem, Dominum Ludovicum Regem Franciæ, &c. Affinem & Fratrem nostrum Charissimum, ac post eius è vitâ decessum, inter modernum Serenissimum ac Christianissimum Principem, Dominum Ludovicum Regem Franciæ &c. Consanguineum & Fratrem nostrum Charissimum, sive eius pro tempore Tutricem & Regni

gni Administratricem, Serenissimam ac Christianissimam Principem, Dominam Annam Reginam Franciæ, &c. Viduam, Consobrinam & Affinem nostram Charissimam, eiusque Confœderatos & adherentes ex alterâ parte, non sine multâ sanguinis Christiani profusione, & multarum Germaniæ Provinciarum desolatione, armis satis vehementer sit decertatum; Nuper verò ad Tractatus super compositione eiusmodi moruum Monasterii Westphalorum instituendos, ex partium utrinque belligerantium conventionem, dies undecima Iulii Anni Millefimi Sexcentissimi quadragesimi tertii indicta fuerit. Hinc Nos ex nostrâ parte nihil eorum, quæ ad promovendum & concludendum tam salutare negotium, Pacem scilicet Universalem, ullo modo pertinere possunt, desiderari volentes, præter Illustrem & Magnificum, nec non Honorabilem, Doctum, Nostros & Sacri Imperii Fideles, Dilectos, Ioannem Ludovicum Comitum a Nassaw, Catzenelenbögen, Vianden & Dietz, Dominum in Beilstein, Equitem Aurei Velleris, & Isacum Volmar Iuris utriusque Doctorem, Nostros respectivè Consiliarium Arcanum & Cameræ Nostræ Superioris Austriæ Præsidentem, iam ante a Nobis constitutos Plenipotentiarios, etiam Illustri & Magnifico Nostro & Sacri Imperii Fideli Dilecto, Maximiliano Comiti a Trautmandorff & Weinsberg, Baroni in Gleichenberg, Neostadii ad Cocrum, Negau, Burgau & Torzenbach, Domino in Teinitz, Equiti Aurei Velleris, Consiliario Nostro secreto, Camerario & Supremo Aula Præsecto, tanquam Primario Nostro Plenipotentiarario, plenam ac sufficientem potestatem tribuerimus, prout hinc animo deliberato tribuimus, ad comparandum dicto loco, congregandumque Nostro nomine per se vel subdelegatos suos cum iis, quos dictus Serenissimus Rex Franciæ Christianissimus, sive dicta Serenissima Regina Vidua, Tutrix ac Regens ad hanc rem legitimis ac sufficientibus mandatis ac Plenipotentia instructos constituerit, aut imposterum constituere poterit, Commissariis sive Plenipotentiaris ad tractandum, agendum & statuendum, de viis, mediis ac conditionibus omnibus, quibus propostus utrinque scopus, Amicitie nimirum & Pacis reintegratio obtineri ac stabiliri possit, nec non ubi de his conventum fuerit, ad eandem Pacem Nostro nomine cum iisdem concludendum & confirmandum. Præterea tribuimus dictis Plenipotentiaris Nostros plenam ac sufficientem facultatem ibidem conferendi, tractandi & concludendi dictam Pacem cum Confœderatis & adherentibus prædicti Christianissimi Regis. Quicquid igitur dictus Comes a Trautmandorff, Comes a Nassaw, & Doctor Volmar Nostri Commissarii, simul, vel uno eorum impedito, aut absente, duo ex iisdem eum adversæ partis Commissariis vel eorum subdelegatis in hunc finem per se sive per suos subdelegatos tractaverint, egerint ac statuerint, id Nos intra tempus per Nostros Plenipotentiarios conventum, omni meliori modo ratum gratumque habituros vigore harum Imperiali ac inviolabili fide promittimus. In quorum fidem roburque præsentibus manu Nostrâ subscriptas Sigillo Nostro Imperatorio firmari iussimus. Datum in arce Nostrâ Lincii, die quarta Mensis Octobris, Anno Domini Millefimo Sexcentesimo Quadragesimo quinto, Regnorum Nostrorum Romani nono, Hungarici vigesimo, Bohemici vero decimo octavo.

FERDINANDUS.

W. Ferdinandus Comes Curtius.
Super plicatura membrana.

Ad Mandatum Sac. Cæs. Maiestatis proprium
Ioan. Walderode.

Appensum sigillum in cera rubra &c.

Se.

*Sequuntur Exempla Plenipotentiarum Domini
Regis Galliarum.*

Louis par la grace de Dieu Roy de France & de Navarre, à tous ceux qui ces présentes lettres verront, salut. Entre tous les biens dont Dieu qui en est la source remplit les peuples, celuy de la paix estant le plus grand, les Roys & Princes Chrestiens, sont d'autant plus obligez de la procurer à tous leurs suiets, d'espargner leur sang, & faire cesser tous les maux, qui sont inséparables de la guerre. C'est ce qui avoit porté le feu Roy Louys le luste de glorieuse memorie, Nostre très-honoré Seigneur & Père d'entendre aux ouvertures qui luy furent faites d'une Paix Generale, & bien qu'il soit decédé lorsque son autorité estoit plus nécessaire pour accomplir cette sainte intention, & que sa mort donnast subiect d'appréhender la continuation des troubles de l'Europe, cette crainte a cessé, & l'on a bien espéré du public, lors qu'on a veu la Régence de nostre Royaume déferée à la Reyne Nostre très-honorée Dame & Mere, dont la pieté & les autres vertus vrayment Royales sont cognuës d'un chacun, & comme pour aviser aux moïens de parvenir à la dicte Paix Generale & icelle traiter, conclure & arrester, il est nécessaire de commettre de Nostre part quelques personages d'eminente dignité & capacité sur l'experience, fidelité, & affection desquels Nous nous puissions reposer d'une affaire du si haute importance, qui embrasse les interests de tant de Roys, Princes & Republicques; Sçavoit faisons, que pour les bonnes & grandes qualitez qui se rencontrent es personnes, de nostre très-cher & très-amé Cousin Henry d'Orleans, Duc de Longueville & d'Estouteville, Duc & Pair de France, Prince & Comte Souverain de Neufchastel, Comte de Dunois, & de Tancarville, Connestable héritaire de Normandie, Gouverneur & nostre Lieutenant-General audit pays, Capitaine de cent hommes d'armes de nos ordonnances, Chevallier de Nos Ordres, & l'un de nos Ministres d'Etat; de nostre très-cher & féal le Sr. Claude de Mesme, Comte d'Avaux, Commandeur de nosdites Ordres, Surintendant des Finances de France, ausly Ministre d'Etat; & de Nostre bien amé & féal le Sr. Abel Seruien, Comte de la Roche des Aubiers, Conseiller en tous nos Conseils, qui ont rendu de grands services au feu Roy Nostre très honoré Seigneur & Père, dedans & dehors le Royaume & en qui nous avons une pleine & entière confiance. Pour ces causes & autres bonnes & iustes considérations, à ces Nous mouvans de l'advis de la Reyne Régente Nostre très-honorée Dame & Mere, de Nostre très-Cher & très-amé Oncle le Duc d'Orleans, de Nostre très-Cher & très-amé Cousin le Prince de Condé, & de nostre très-Cher & très-amé Cousin le Cardinal Mazarin, de plusieurs Princes, Ducs, Pairs, & Officiers de nostre Couronne, & autres grands & notables personages de nostre Conseil, Nous avons iceuluy nostre dit Cousin le Duc de Longueville en qualité de nostre premier Ambassadeur Extraordinaire & Plenipotentiaire, & les Sieurs Comtes d'Avaux & de Seruien ausly en qualité de Nos Ambassadeurs Extraordinaires & Plenipotentiaires pour la Paix Generale, commis, ordonné & député, commettõs, ordonnõs, & députõs, par ces présentes signées de nostre main & leur avons donné & donnõs plein & absolu pouvoir, commission & mandement special de se transporter en Allemagne & conferer en la ville de Munster, avec les Deputez Plenipotentiaires de nos très-cher & très-amés Freres & Oncles, l'Empereur des Romains & le Roy Catholique, munis de pouvoir suffisant, des moïens de terminer & pacifier les differends, qui ont causé la Guerre jusques

XC XXI INSTRUMENTUM PACIS

à présent, en traiter & convenir ensemblement, & sur iceux conclure une bonne & seure Paix, & de plus Nous donnons plein & absolu pouvoir à nos d^s Plenipotentiaires de traiter & conclure la d^{te} Paix au dit lieu avec les Confedérez & adhérens des d^s Empereur & Roy Catholique, passer tels traitez & actes qu'ils aviseront bon estre, bailler tels passeports & saufconduits que besoin sera pour la seureté des allans & venans pour le fait dudit traicté, & generalément faire, negocier, promettre & accorder par Nos d^s Ambassadeurs & Plenipotentiaires ou deux d'entre eux, en l'absence, maladie ou autre empéchement de l'un d'iceux tout ce qu'ils iugeront nécessaire, pour le susd^t effet de la Paix universelle, tout ainsi avec la mesme autorité que Nous mesmes ferions & pourrions faire si Nous y estions présens en personne, quoi qu'il y eust chose qui requist mandement plus special, qu'il n'est contenu en ces présentes. Promettons en foy & parole de Roy, & sous l'obligation & hypothèque de tous nos biens présens & à venir, de tenir ferme & accomplir, ce qui aura par eux esté ainsi stipulé, accordé, & promis, & en faire expedier toutes lettres de ratification dans le temps qu'ils seront obligez de les fournir. Car tel & nostre plaisir. En tesmoing de quoy, Nous avons fait mettre nostre sceel à ces présentes. Donné à Paris le 20 de Septembre l'an de grace 1643. & de nostre Regne le premier. Signé Louys, & sur le reply; Par le Roy la Reyne Regente sa Mere presente de Lomenie. Sceelé du grand sceau en cire iaulne.

Seine Auferziehung betreffend, so haben die Eltern an dem Wohlseel. Herrn, nachdem Sie bald in der Jugend ein fein Ingenium bey Ihm vermercket, nichts gespahret, was zu seinem besten, in der Gottesfurcht und Studieren hätte dienen können, Ihme allezeit gute Praeceptores gehalten, bis er zu Greiffwaldt, im 17. Jahr seines Alters, zu zweyen unterschiedlichen mahlen unter Herrn M. Alexandro Christiani damaligen Professore dafelbst mit großem Nachruhm öffentlich disputiret. Ist darauf Anno 1617. auf andere berühmte Academien gegangen, als Wittenberg, woselbst eben damals das Jubel-Jahr gehalten worden, hernacher auf Leipzig, dann auf Jena, als wo Er zwey Jahr gewesen, und abermals unter Herrn Doct. Milphört und D. Foman disputiret, auch deren und anderer Collegia fleißig besuchet. Von dannen ist er nach Holland, die vereinigten Niederlande zu besuchen, verreiset, und nachmals auf Engelland übergefahren, woselbst sich der Hochsel. Herr fast zwey Jahr auf denen Academien, und bey Hofe aufgehalten, hätte auch ferner seine Reise nach Frankreich fortgesetzt, wann Ihn nicht der Herr Vater, wegen der sel. Mutter Todt, nacher Hause zurück gefordert, da Er sich dann ein Zeitlang zu Hosten aufgehalten, auch kurz darauf bey Ihro Majest. der Königl. Fr. Wittibe Sophia nacher Nicoping in Dennemarc in Dienste gerathen: Weil Er aber am selben Orte fast keine gesunde Stunde gehabt, ist er bald wieder von dar, unverachtend selbige Bedienung, abgeschieden und nacher Hause gereiset, wie Er aber zu Stralsundt gewesen, und sich der Krieg auch dahin gezogen, und selbe Stadt, zur Einquartierung von denen Kayserlichen fast sehr genöthiget worden, welche auch deswegen den Großmächtigsten Fürsten Gustavum Adolphum, König von Schweden, Glorwürdigsten Andenkens, zur Assistenz beruffen, hat Er, wie Ihro Majestät, Hochseligster Gedächtnis, dafelbst angelanget, Gebrauch nach, Derofelben zum dfftern aufgewartet, da Sie dann vielmahls allerhand Discursen mit Ihm gepflogen, auch bey Dero Abreise, Ihn, dem Obristen Rosladin, so da blieben, in Conßiliis zu assistiren befehliget, nachmahls gar gnädigst zurücke geschrieben und als einen Rath und Agenten in Dero Dienst zu treten begehret, welches Er dann unterhändigst angenommen, auch so lange darinnen continuiret, bis Dero Königl. Majest. oben ins Reich gelanget, da Sie Ihn Anno 1632. zu einem Kriegs-Rath und Residenten in Erfurt und Thüringen erhoben, allwo Er bis An. 1634. verharret, von dannen Er nacher der Armée sich begeben müssen, und dem Herrn Feld-Marschalck Banner als Krieges- und Assistenz-Rath zugeordnet, nachmahls Anno 1637. von dar nach Pommern gefordert worden, allwo Ihro Fürstl. Gn. der letzte Herzog damaligen verstorben, und der sel. Herr nebenst andern der fürnehmsten Bedienten, eine neue Landes-Verfassung einrichten müssen. Anno 1642. ist Er, auf inständiges Begehren des Herrn Feld-Marschalcks Lorsten Sohns Excell. von der Königl. Regierung, wieder nach der Armée verschicket worden, woselbst er bis zu Ihro Excell. Abreise verblieben, worauf, wie der selige Herr vermeinet, Er nunmehr Ruhe finden

finden wolte, haben Ihre Majestät die Königin Christina, Ihm Commission Anno 1646. ertheilet, des Herrn Feld-Marschall Wrangels Excell. die Armée mit aufzutragen, welchem Er dann gleichfals mit dienlichem Einrathen beygestanden, bis Ihre Majestät Ihn hin nacher Dñnabruck zu denen Tractaten beordert. Als aber dieselbe keinen Fortgang gewinnen wollen, es musse dann ein stärkerer Nachdruck kommen, ist Anno 1647. der Durchläuchtigste Fürst und Herr, Herr Carol Gustav, Pfaltzgraff bey dem Rhein, 2c. 2c. 1647. unser Allergnädigster König und Herr, als Generalissimus mit etlich tausend Mann aus Schweden angekommen, Dero Hochst. Durchl. der sel. Herr, als Krieges-Präsident zugeordnet, welchen Dienst Er, bis an den geschlossenen Frieden fleißig verwaltet, da Er dann nebenst Hochgedachtem Herrn Generalissimo nacher Schweden abgegangen, und ist Ihm damals von Ihrer Majestät der Königin die Freyherrschafft angetragen worden, welche Er aber unterthänigst verweigert, hernach nebenst andern Königlich Reichs-Räthen in das Herzogthum Bremen, zu einem Commissario, selbiges einzurichten, wie jedermännlichen befant, verordnet, nach solchem beschehen, bey Abdankung Ihrer Majest. der Königin Christina aber, nach Schweden zu kommen, von Deroselben gnädigst befehliget, folgendes bey Ihrer Königl. Majest. Unserm allergnädigsten Herrn in Bedienung verblieben, auch überdem mit der Erb-Cammers-Dignität des Herzogthums Bremen begnadiget, und darauf mit Dero Majest. nacher Pohlen zu Felde gengan, woselbst Er von Ihrer Königl. Majest. fast wieder Willen die Freyherrliche Würde annehmen müssen.

Seinen Ehestand belangend, hat der Wohlseelige Herr zum ersten mahl geheyrathet die WohlEdle, viel Ehr- und Tugendreiche Jungfer Euphrosina Sibrandes, Anno 1627. mit welcher Er zwar ohne Leibes-Erben, jedoch in ungesährter Liebe gelebet, bis ihm Anno 1647. in seinem Abwesen zu Dñnabruck, dieselbe zu Stralsund abgestorben. Worauf Er Anno 1648. zur andern Ehe geschritten, und sich vermählet mit der damals HochEdelgebohren und Hoch-Tugendreichen Jungfer Lucia Christina von Wartensleben, des Weyland HochEdelgebohrnen, Gestrengen und Besten Herren Herman Simon von Wartensleben, Fürstl. Raths und Hofmeisters zu Stadthagen, Erbgesessen zu Eckstein und Büchelborg, ehelichen Tochter, womit Er Zeit währenden gewünschten Ehestandes sechs Ehepfänlein und Kinder, als zwey Herren und vier Fräulein erzeuget.

Sein Christenthum betreffend, ist Gott lob männiglich sattsam befant, daß Er ein frommer Gottfürchtiger Mann gewesen, der Gott und sein Wort herzlich geliebet, sich fleißig zum Gehör Göttliches Wortes, auch bey denen wichtigsten Berrichtungen gehalten, der Hochwürdigen Sacramenten öftters mit grosser Devotion gebrauchet, inmassen Er dann in seinem Hause nicht allein sich selbst aller Gottesfurcht beflissen, sondern auch die Seinigen dazu angehalten und ihnen jederzeit mit guten Exempeln fürgangen ist. In gemeinem Leben und Wandel, hat Er sich wie notorium, gegen männiglich scheid- und friedlich bezeiget, manche schwere und weitauffehende Sachen und Streitigkeiten, höchsten fleißes, componiret und beygelegt, und stets dahin geziehet, wie Liebe, Friede und Einigkeit, sonderlich (welches billig höchst zu rühmen) wie Kirchen, Schulen und dero Bedienten erhalten, verpfleget, versorget, und alles in gutem esse verbleiben, ja täglich je mehr und mehr wachsen und zunehmen möchte, sich treu-erfferrigst bemühet: Also daß des sel. Herrn frühezeitiger Tod sehr viele, ja hohe Personen über die massen afficiret, und man ihm ein langes Leben um noch viel Gutes zu stifften von Herzen gern, wie gegönnet, also gewünschet hätte. Weiln aber der Menschen Lebens-Ziel nicht in unsern, sondern Gottes Händen siehet, und der sel. Herr in der vor zweyen Jahren beschehenen Belagerung Warschau in Pohlen, mit in selbiger Stadt gewesen, und nach deren Ubergang nebenst andern fürnehmen Schwedischen Herren nacher Samoszi, von den Pohlen, mehrerer Sicherheit halber, gebracht worden, ist Er auf solcher Reise, da Er schon einige Unpäßlichkeit zuvor empfunden, mit einer Kranckheit, welche sich doch zu erst zimlich leidlich erwiesen, befallen, welche zu Samoszi allgemach mehr und mehr zugenommen, so daß sie auf ein hitziges Fieber hinaus geschlagen, welches dann derogestalt (zweiffels ohne durch Zukommung der so viele Jahre hero ausgestandenen grossen Travalien und Beschwerden) überhand genommen, daß keine Treue und ohnverdroffene stetige Handreichung, Sorge und Liebe seiner Eheliebsten, womit Sie ihres Ehe-Herrn gegenwärtig und in Person, von Anfang der Schwachheit bis zu Ende, und in den Tod gepfleget und gewartet, noch auch einige Arzeneien, wie kräftig und vielfältig dieselbe gleich gebrauchet und adhibiret worden, etwas verschlagen noch versangen wollen.

Wels

Welches, wie der Herr seliger vermercket (wie dann in dem Fall fast eine Göttliche Eingebung bey Ihm gewesen, indem Er ein halb Jahr für seinem Ende sich fast aller weltlichen Geschäfte Möglichkeit nach entschlagen, und die Zeit auf Lesung, auch Schreibung geistlicher Sachen zugebracht, wie solches viele Schrifften bezeugen können) hat Er den damahls anwesenden Hof- und Feld-Prediger Ihrer Ezcell. des Herrn Feld-Marschalln Wittenbergs, zu sich fordern lassen, mit ihm aus Heiliger Schrift conferiret, und Zeit währendder Kranckheit sich einig und allein zu Gott gewendet, und mit inniglicher Herzens-Freude gesagt: Ich vermercke daß der allgütigste Gott mich lieb hat, und nunmehr von aller Last, Sorgen und Beschwerigkeit mich entfreyen, und zu Ruhe und Friede bringen wird. Hat darauf ertliche Tage mit gutem Verstande, fleißigen Singen und Beten ertlicher Psalmen und Sprüche, sonderlich Herr Jesu Christ du höchstes Gut, Du Brunnquell aller Gnaden, &c. bevor aus dem letzten Vers,

Stärck mich mit deinem Freuden-Geist,

Heyl mich mit deinen Wunden,

Wäsch mich mit deinem Todes-Schweiß,

In meiner letzten Stunden,

Und nim mich einst wanns dir gefält,

In rechtem Glauben aus dieser Welt,

Zu deinen Auferwehsten.

zugebracht, und mit dem lieben David öfters wiederholet, geseufzet und gebetet, aus seinem LI. Psalm, Miserere mei, Deus, secundum magnam misericordiam tuam, erbarm dich mein o Herr Gott, Nach deiner grossen Barmherzigkeit, &c. Am 8. Tage seiner Kranckheit des Morgens frühe, hat Er zusehends seinem Gott und dann obgedachtem Prediger seine Sünde bekennet, und sich mit dem wahren Leib und Blut des Herrn Jesu speisen und träncken lassen, bis Er, nachdem Er sein herksliebes Ehegemahl und Kinder, dem Allwaltenden Gott zu Väterlicher Beschirmung, seine Seele aber Ihme, zu treuen Händen herkinninglich anbefohlen, bey gutem Verständnus, in wahren festen Glauben auf Jesum Christum, denselben Tagetwahn um 2. Uhr Nachmittage, nachdem Er 57. Jahr, 8. Monat, 27. Tage, in dieser unruhigen und trübseltigen Welt gelebet, sanfft und selig verschieden, und der Seelen nach, ohngezweifelt alsfort, in die ewige Freude und unendliche Herrlichkeit, deren wir alle zu seiner Zeit erwarten, versetzt worden.

MATTHIAS BIÖRNKLAW, Hæreditarius in Elmahoff &c. Sacra Regiæ Majestati Sueciæ à Secretis & ad Tractatum Pacis Monasteriensis RESIDENS.

Des Schwedischen Residentens *Matthie Mylonii Biörnklaw* Lebens-Lauf, ist von dem obbelobten Herrn STIERNMANN in der *Bibliotheca-Suo-Gothica Tom. II. p. 719. sqq.* folgender gestalt beschrieben:

MATTHIAS MYLONIUS BIÖRNKLOW, Westm.

Dominus in Elmahoff, Wannestadt, Kungshamn & Tislinge, Regni Sueciæ Senator & Cancellariæ Consiliarius.

Natus Arosiæ anno MDCVII. die XXVI. Decembris, Patre molendinum *Myla* Qwarn dictam exercente. Studiis Principis *Caroli Gustavi* postmodum *Svecorum* Regis gloriosissimi, præfektus est. Anno MDCXXXVII. die XXVI. Julii Eloquentiæ Professor in Academia Upsaliensi. Ao. MDCXL. in Cancellaria Regni Secretarius Protocolli. Ao. MDCXLIII. Legationi ad Tractatus Pacis Westphaliæ a Secretis. Anno MDCXLVI. Nobilium adscriptus Ordini, dictusque *Biörnklaw*, An-

no MDCLIII. Secretarius Status & Consiliarius aulicus, Regiminis Bremensis Præses. Ad aulam Cæsaream annis MDCLI. MDCLII & MDCLVII. Ablegatus, in Galliam Legatus Plenipotentiarius. Anno MDCLXI. Aulae Regiæ Cancellarius. Anno MDCLXIV. Regni Sveciæ Senator & Cancellariæ Consiliarius. Coniugem habuit *Margaretham Wallensstedt, Laurentii Wallii*, S. Theologiæ Doctoris & Episcopi Strengnesiensis filiam, quæ eum trina prole masculina & sena feminea beavit. Denatus Holmiæ anno MDCLXXI. d. XX. Aug. sepultusque in Templo Osmo Sodemannorum, ubi Epitaphium Memoriam Eius Sacratum, hac conspicitur inscriptione.

Sacrae Regiæ Maiestatis & Regni Sveciæ Senator, Cancellariæ Consiliarius, Illustrissimus & Excellentissimus Dominus *Mathias Biörnklow de Wanstad, Elmahoff & Tislinge*.

Natus d. XXVI. Decembr. Anno MDCVII. Postquam per varios honorum gradus ad Senatoriæ dignitatis fastigium ascendit, pietate, doctrina, fide, consilio, virtutibus inclytus, diem beate obiit d. XX. Augusti anno MDCLXXI. Cum coniuge charissima, Illustri & Generosissima Dna. Dna. *Margaretha Wallensstedt de Wansta, Kungshamn. &c.* Nata d. XII. Decemb. anno MDCXXIII. denata anno MDCLXXX.

Quorum coniugium novem liberis a Domino fecundatum tribus n. filiis & sex filiabus. Primogenitus ex illis *Johannes* natus est Stetini ad Oderam d. XXIV. Martii MDCLXIII. qui pulcris studiis imbutus & per Germaniam, Galliam, Hispaniam & Italiam peregrinatus Deo placidam animam placide reddidit anno MDCLXVII. die XVI. Julii. Reliqui duo *Ericus & Laurentius*, præmatura nimis morte abrepti, una cum parentibus & fratre sub hoc saxo adventum Domini expectant.

In eiusdem effigiem æri pulcherrime a *J. Gole* incisam leguntur.

Ora Viri Illustris Mortalia fisto; sed illum
Quis meritis vigor & quis spiritus egerit intus.
Haud oculis lustrare datur; Vitæ acta loquentur
Atque animi verum memorabunt singula vultum.

In obitum Illustrissimi ac Excellentissimi Dn, Biörnklow.

Quem mundi reatrix sapientia tradidit olim
Virtuti, & noster, dixit, alumnus erit;
Quem virtus thalami socio commisit honori,
Et cæli hoc munus Sveciæ, dixit, habes;
Quam bene de mundi communi pace merentem
Novit & amplexa est externa terra virum;
Quem post cuncta gravi versare negotia cura,
Cancellos inter hæc videt aula suos;
Quem tandem ad socios amplissimus ordo labores,
Quem vocat ad curas iure & honore pares,

Publi-

- * I. IOHANNES BIÖRNKLOW, Nobilis Cancellariæ anno MDCLXIV. d. i. Martii. Sveciæ Cansli Zunder. Natus Stetini ao. MDCLIII. d. XXIV. Martii. Denatus Lipsiæ ao. MDCLXVI. d. XVI. Julii.
II. ERICUS, infans mortuus est. NB. Minime confundendus est cum patruo ERICO BIÖRNKLOW Capiteo rei fortificatoris, uti factum vidimus in PERINGSKIÖLDII patris opere Genealogico.
III. LAURENTIUS, natus Holmiæ anno MDCLXII. d. XV. Ianuarii, atque d. XIX. Augusti, eiusdem anni denatus.
I. CATHARINA BIÖRNKLOW, nupta IACOBO KLO Subpræfecto Arcis Urbisque Stockholmensis.
II. BIRGITTA, coniux data ao. MDCLIX. IOHANNI PAULINO OLIVECRANTZ, Dominiorum quondam Regiæ CHRISTINÆ Cubernatori.
III. MARIA, quæ cessit GABRIELI LILIEFLYCHT, Legifero Westmanniæ.
IV. MARGARETHA, HEINRICO WULFKLO, Tribuno militum præfecturæ Calmariensis in matrimonium data.
V. HEDEVIGIS cessit Subtribuno N. SYLF. ERSPARRE.
VI. N. . . .

Publica qui toto post tempore commoda iuvit,
 Consilio semper promptus & officio;
 Male Biörnklavus curarum fessus & annis
 Hac, placida extinctus morte, quiescit humo.
 Anni quot? decies senos impleverat & tres,
 Octo simul menses, sex modo deme dies,
 Non gravis ista sibi fortasse videbitur atas:
 Acta vide solum, dixeris esse senem.
 Acta vide, quæ ter denis feliciter annis
 Gessit, & hunc Magnum dixeris esse Virum.
 Si vitam nullique gravem cunctisque probatam
 Porro vides, civem dixeris esse bonum.
 Si flammam fidei & veræ pietatis amorem
 Spectas, Christicolam dixeris esse pium.
 Tantis erat, moriens alium dum migrat in orbem;
 Fama viri nostro nescit in orbe mori.
 Tanti fama viri, tantarum gloria rerum
 Vivit, & extremum non subit una rogum.

Christophorus Germerus.

1. Oratiuncula de revoluta periodo bellorum Gothicorum extra patriam, sub Potentissimo & invictissimo Heroe, Gustavo Adolpho Svecorum, Gothorum, Wandalorumque Rege, celsissimo, &c. quam anno 1631. d. 24. Aprilis in Academia Upsalienfi recitatam, tandem 9. Decembris eiusdem anni, additis nonnullis interea gestis, typis excudi curavit. Upsaliæ in 4to per Eskillum Mathia.

2. Hugonis Grotii liber de Iure Belli ac Pacis in tabulas quondam redactus, studio Iohannis Philippi Milleri, nunc publici iuris factus. Francofurti sumptibus Christiani Gerlachii & Simonis Beckensteinii, literis vero Danielis Fievetti in folio.

NB. Hæ tabulæ cum nimis concisæ visæ sint genero Iohanni Paulino Olivetrantz, easdem ipse adornavit proluxiores, editas postea à Simone Henrico Musæo Kilonii anno 1688. in folio. Vide præfationem iisdem præfixam pag. 6.

3. In iuventute sua Q. Curtii Rufi historiam rerum ab Alexandro Magno gestarum per modum dramatis in usus juvenis alicuius illustrissimi concinnasse refert Schefferus in Svecia Literata pag. 154.

4. Memorialia bina Sacræ Regiæ Maiestatis Sveciæ nomine prius ad Eminentissimum Dominum Electorem Moguntinum; posterius vero ad ordinariam deputationem directæ, & exhibita die 22. Septembris anno 1657. a Regiæ Suiæ Maiestatis Consiliario aulico & Ducatum Bremensis & Verdensis Præside, ut & eiusdem Ablegato Extraordinario, Mathia Biörnklou, edita a Iohanne Augusto Pastorio, S. Cæsareæ Maiestatis Consiliario & Pronotario Apostolico, in Lauræ actorum publicorum Imper. Anno 1658. in 4to: vide pag. 1. & seqq.

5. Memoriale tertium & quartum (quod brevissimum est) in puncto pacis & securitatis publicæ, quod nomine S. R. Mris Sveciæ decenter exhibetur, S. R. Imperii collegio Electorali, ab eiusdem Regiæ Suiæ Maiestatis Sveciæ Consiliario status aulico &c. Editum in Lauræ actorum publicorum Iohannis Aug. Pastorii pag. 178. & 180.

6. Memoriale novum in puncto pacis & securitatis publicæ, quod nomine S. R. Maiestatis Sveciæ die 4. Maii anno 1658. exhibitum est S. R. Imperii collegio Electorali, editum a Ioh. Aug. Pastorio in Lauræ actorum publicorum pag. 229.

7. Memoriale, in quo S. R. Maiestatis Sveciæ nomine, Sacri Romani Imperii Electoribus, Principibus & Statibus & nunc cumprimis Ordinariæ Imperii Depu-

tationi Francofurti ad Mœnum congregatæ exponitur quo ordine & modo quantoque zelo altissimè memorata Sacra Regia Maiestas Sueciæ integro anno & eo amplius, tam per proprias literas, quam ministros suos, reconciliationem cum Austria & pacem Imperii frustra quæsiuerit, cum annexâ protestatione & postulato garantix, exhibitum Directorio Moguntino a S. R. Maiest. Sueciæ Legatis Plenipotentiaris, Nicolao Brahe, Regiæ Sux Maiestatis Supremo cubiculario & militiæ pedestris chiliarcho Comite in Wilingsburg, L. B. in Cayana, Domino in Rydboholm & Saswågen &c. et Mathia Biörenklou Regiæ Sux Maiestatis Consiliario status aulico & Præside Ducatum Bremensis & Verdenfis, hæreditario in Elmenhoff, Wannestadt & Tislinge. Scriptum Francofurti ad Mœnum die 5. Augusti anno 1658. in 4to editum sine loci mentione, pagg. 16.

8. Memoriale in puncto auxilii & adfistentiæ contra iniurias & arma cum aliorum tum Serenissimi Electoris Brandenburgici, directum ad S. Rom. Imperii collegium Electorale &c. Scriptum Francofurti ad Mœnum die 20. Iulii anno 1658. editum in 4to. sine loci mentione, pagg. 88. præter allegata quæ faciunt paginas 58.

9. Memorial, worinnen Ihre Königl. Majest. zu Schweden zu Erhaltung des Teutschen Friedens und gütslicher Hinlegung des Krieges in Pohlen, angewandte sorgfältige Bemühung; samt durch welcher Betrieb nummehr der Krieg aus Pohlen in Teutschland geschoben werde, klar vor Augen gestellet wird. Des Heil. Römischen Reichs Chur-Fürsten und Stände zu Franckfurth am Mayn versammelter Ordinar-Deputation, den 5. 14. Iulii Anno 1659. von Ihre Königl. Majest. zu Schweden Rathe, Präsidenten in den Herzogthümern Bremen und Verden, und anjesho an die Stände des Heil. Römischen Reichs Gesandten und Bevollmächtigten, Matthias Biörenklouen, Erbgesessen auf Elmenhoff, Wannestadt und Tislingen, übergeben.

Manu eius propria reperiuntur scripta, quæ sequuntur.

1. Hugonis Grotii de iure belli & pacis libri tres in tabulas synopticas redacti.
2. Methodus studii Iuris.
3. Manuductio brevis ad historiarum lectionem cum fructu instituendam.
4. Libri VI. Politicorum Lipsii per tabellas exhibiti.
5. Tabula compendio exhibens IV. libros institutionum iuris.
6. Tabulæ historiam continentes quatuor Monarchiarum.
7. Disciplinæ humano ingenio excultæ, tabellis aliquot comprehensæ.

SCHERINGUS ROSENHANE, Hæreditarius Torpæ & Engelholmæ, Gubernator Ostrogothiæ, Sacræ Regiæ Maiestatis Sueciæ ad Tractatum Pacis Monasteriensis RESIDENS.



Des Königl. Schwedischen Residentens Scherings Rosenhane Leben, ist in der angeführten Bibliotheca STIERNMANNIANA Tom. II. p. 553. sqq. also zu lesen:

SCHERINGUS ROSENHANE,

L. B. de Ikalaborg, Dn. de Torp, Roswiik, Tiistad, Engeholm & Hagen, Regni Sueciæ Senator, Consiliarius Cancellariæ regiæ, nec non supremus Gubernator arcis urbisque Stokholmiensis.

Natus in prædio Torp parocciæ Husbyensis d. IV. Iulii ao. MDCIX. Pater Ei fuit Iohannes Georgii Rosenhane, Dominus de Torp, Slætthammar & Hanneberg, Regiæ Christianæ, ut & Ducis Caroli Consiliarius, Satrapesque arcis ditionisque Ny-copiensis; Mater Catharina Arpp, Skeringi filia, Domina de Torp, Slætthammar &

& Wiik. In tenella ætate ad scholam Stregnesiensem una cum fratre *Iohanne* mitebatur, ubi duobus annis cum femisse, variæ eruditionis, linguarumque Græcæ & Latinæ rudimentis imbutus, mortuo demum patre anno MDCXXIV. ad academiâ pervenit sacris Musarum Upsalienfium initiandus. Heic sub inspectione, uti vocant, Doctoris *Æsebilli Petrei*, Episcopi postea Aboensis, ea fecit in studiis incrementa, ut cuius eundem recta ac regia via ad celebritatem nominis tendere constaret. Neque ita multo post, inita societate cum *Iohanne Drake* postmodum R. Maiestatis aulæ Magistro, nostrum ad Angliam tunc Legatum, Dn. *Jacobum Spentz*, convenit, cum quo e portu Marstrandensi solvens Londinum secundis ventis delatus. Ubi postquam apud Legatum menses sex commoratus esset, omnes Angliæ regiones simulac Collegia Oxoniæ, insigniaque Ordinis Equestris Winsoriæ lustravit. Porro Galliam petiit, plurimasque regni urbes vidit tantisper tamen Angariæ & Lutetiæ Parisiorum subsistens, ut ad solidam & exactam Gallicæ, Hispanicæ & Anglicæ linguæ notitiam perveniret. Hinc anno MDCXXXI. cum Legato *Benedicto Oxensierua*, aulæ Gallicæ valedicente in Selandiam excurrans, provincias omnes Fœderati Belgii peragravit, & auspiciato demum in patriam reversus est. Anno MDCXXXII. in supremo regio apud Suionas Dicasterio Assessor constituebatur, iuctuosum deinde gloriosissimi Regis *GUSTAVI ADOLPHI* obitum, Legatis Moschorum iam iam huc accedentibus, nomine Regiminis Senatorumque regni indicaturus, per Bothniam septentrionalem prope Nyslott illis obviam ivit, Holmiamque regressus, munus receperat Themidos. Insequenti autem ætate nobilium fuit unus, qui modo nominati invictissimi Regis funus Volgasto Nycopiam asportarent. Posthæc cum Legato *Petro Sparre* in Daniam transfretavit, ut solemnibus nuptiarum Principis Daniæ cum Principe Saxonie congratulantes interessent. Hinc redux Sub-Præfectus arcis urbisque Stockholmensis, & anno vix elapso. Gubernator dominiorum Reginae Mariæ Eleonoræ creatur. Anno MDCXXXVI. die XII. Iulii, *Beatam Sparre*, filiam *Benedicti Sparres* de Roswiik, Roma & Eknaholm, matrimonio sibi iunxit, paterque exitit ex illa liberorum duodecim. Anno MDCXXXVII. Ostro-Gothiæ præficitur, cui officio per quinquennium operam sane indefessam maximo cum provincialium emolumento commodavit. Ceterum, quoniam ingenii eius vigor, iudicii acumen atque in patriam fides omnibus essent notissima, cum Cæsare & Ordinibus Imperii Romano-Germanici, Pacem Monasterii tractaturus ad Germaniam mense Iulii MDCXLII. ablegatus ivit. Hoc residentis munere rite eum quatuor annis functum esse, ex felici rerum successu satis superque constat. Id profus non reticendum ea nostrum polluisse linguarum cognitione, ut heic cum singulis diversarum nationum ministris sua qualibet lingua ageret. Postea ad Regem Galliarum *Ludovicum XIV.* titulis honoribusque Legati Ordinarii conspicuus singularem Eius gratiam sibi conciliavit. Capessente vero imperii clavum Regina Christina ad natale solum iter reflectens, ante festiva inaugurationis, Senator regni & Consiliarius Cancellariæ anno MDCL. ex merito constituitur.

- * I. AXELIUS ROSENHANE, L. B. de Ikalaborg, Dn. Lagmansholm, Engeholm, Kylande, Hagen & Swalisse, natus Holmiæ ao. MDCXXXVII. Satrapa ditionis Nylandiæ & Tavastriæ.
- II. BEATA, nata Norcopiæ ao. MDCXXXVIII. nupta Subtribuno ERICO RIBBING. denata anno MDCLXXV.
- III. BENEDICTUS, L. B. de Ikalaborg, Dominus de Rosbliik, natus Lincopiæ anno MDCXXXIX. aulæ regie Marschallus.
- IV. CHRISTINA, nata Holmiæ ao. MDCXL. celebs obiit.
- V. IOHANNES, L. B. de Ikalaborg, Dn. de Tyfte, Marizeberg & Biörckwiik, natus Holmiæ ao. MDCXLII. Præses Tribunalis Wisuariensis, denatus anno MDCCXV.
- VI. N. . . . filia, nata anno MDCXLIII. infans moritur.
- VII. N. . . . filia, nata anno MDCXLV. in ipso adolescentiæ flore extincta.
- VIII. ANNA CATHARINA, nata Monasterii anno MDCXLVI. celebs obiit.
- IX. GEORGIUS, L. B. de Ikalaborg, natus in prædio Lista anno MDCXLIX. Magister Equitum in prælio ad Loadinum Scanorum anno MDCLXXVI. commisso fortiter occubuit.
- X. SOPHIA, nata in Lista anno MDCLI. denata Holmiæ anno MDCXCIII.
- XI. FRIDERICUS, L. B. de Ikalaborg, natus Hamburgi anno MDCLIII. d. XI. Iunii. Magister Equitum cohortis prætorianæ Equestris Cliviæ, denatus MDCCIX. d. VII. Martii.
- XII. MAGDALENA, nata Holmiæ anno MDCLVI. nupta CAROLO GUSTAVO HORN monoculo dicto, subtribuno cohortis equestris Ostro-Gothorum, denata anno MDCXCVI.

stituitur. At statim Bremam mittebatur, ut nomine S. R. Maiestatis Sveciæ homagium a Bremensibus acciperet, regionique gubernandæ consuleret. Brema discedentem Lubeca excepit, ubi semel, ex iussu regio, cum Commissariis Polonicis orta inter regna utraque dissidia, & anno MDCLII. sub mediatione Gallia, Venediæ & Hollandiæ, frustraneo licet nisu componere tentavit. Interea Præfectura summa arcis urbisque Stockholmiensis clementissime eidem data est. Porro, sub illius auspiciis Iustitiæ Tribunal instauratur Wismaria, Comesque *Benedictus Oxenskierna* ut Præses solemnè inauguratur pompa. Hisce peractis, cum varia sibi demandata Bremæ, & apud Comitem Oldenborgensem rite executus est, patriæ reddebatur incolumis. Heic nova curarum fomenta. Etenim quicquid præcipui circa abdicationem Regiæ *Christine*, coronationem Regis *Caroli Gustavi*, nec non propositiones ordinibus regni in comitiis illis propositas factasque peractum est, id huius procuratori & dexteritati adscribunt omnes. Bremam deinde, ad sedandas turbas ibi ortas, non sine felici rerum eventu se consulit noster, qui interea Legifer Sudermanniæ creatur. Sed redux, Regiæ *Hedevigi Eleonora* in Poloniam eunti comitatus, paululum morabatur Borussia, cuius arma feliciter associavit Svecicis adversus Regem & Rempublicam Polonicam. Postea Regem per totam Borussia secutus est, videns palmas undique floridissimas & inprimis ad Varsoviam manibus Regis Polonorum detorqueri; unde ad Reginam iterum se conferens, circa finem anni MDCLVI. cum illa in Sueciam traiecit. Anno MDCLVII. cum Ordinibus Sudermanniæ & Uplandiæ Holmiam ad Comiticia accersitis quædam peragendi eidem & Senatori Regi *Canuto Possè* iniungebantur. Ceterum pace cum Danis facta, ex iussu Regiæ comitem se illi præbuit itineris ad Gothoburgum Regem in comitiis conventuri. Quid quod Regi suo in Dania iterum victricia vibranti arma adhærens per anni decursum tractatibus cum Galliarum, Anglorum & Hollandorum ministris interfuit, a *Carolo* e Dania discedente, plena munitur auctoritate, una cum *Stenone Bielke*, Senatore itidem Regni Sveciæ, paciscendi cum Danis.

Quam bene & dextre hanc spartam ornarunt, interveniente licet morte invictissimi Regis, pax demum anno MDCLX. restaurata, incorruptus & integer erit testis. Postmodum in comitiis eiusdem anni Holmiæ habitis, haud vulgaria specimina suæ in patriam fidei edidit. Denuo adiunctis sibi aliis cum *Hannibale Sebestedt* de Bornholmiæ restitutione egit. Anno iterum MDCLXII. una cum Senatore ac Thesaurario Regni Sveciæ, supralaudato *Stenone Bielke*, ni omnino fallor, constitutus est iter in Scaniam dirigere, ibidemque, statum regiminis, aliaque maximi momenti negotia huic ducatu inservientia instaurare ac ordinare. At Rosenhianus noster, ætatis, laudum meritorumque satur, diem suum obiit supremum anno MDCLXIII. d. V. Augusti, in prædio avito Torp, ubi quoque prima lucis usura Ei contigerat. Sepultus anno MDCLXIV. d. XIII. Ianuarii in templo Husbyensi Sudermanorum.

Plura legas in Doctoris *Zachariæ Klingii* concione in illius obitum habita editaque Holmiæ in 4to.

1. Oratio de variis hominum studiis, horumque causis. Upsaliæ ao. 1626. in 4to per Eskillum Mathiæ.

2. Epistola consolatoria ad Iuvenem Virum virtute & genere Nobilissimum Dn. Johannem Drake, propter obitum parentis sui Generosi & Nobilissimi Viri, Domini Axelii Drake, de Indorp & Fylleredh, Westro-Gothiæ quondam Gubernatoris Amplissimi, vehementer afflictum, scripta Holmiæ ao. 1632. d. 7. Mart. ibidem edita eodem anno in 4to per Ignatium Meurerum.

3. Observationes Politicæ super nuperis Gallia motibus, anno 1649. pagg. 110. præter præfationem.

4. Oeconomia, sermone Svecico consignata, MSS. in instructissima bibliotheca Generosissimi L. B. *Gustavi Rålambii*, Præsidis Cameræ Revisionum.

5. Me-

5. Memoriale de iis, quæ filiis suis Axelio & Benedicto Rosenhaner in sua peregrinatione erunt probe observanda. Holmiæ d. 1. Augusti anno 1658. MSS.

6. Suecorum rationes ad bellum contra Polonos declarandum. MSS. vide Rezenii Bibl. pag. 179. n. 14.

7. Rationes pro bello contra Daniam. &c. confer Rezenii Bibl. pag. 257. n. 16.

FRANCISCUS WILHELMUS, DEI & Apostolicæ Sedis Gratia,
Episcopus Osnabrugensis, Mindensis & Verdensis, Metropolitanum, Cathedralium & insignium Ecclesiarum Colonienfis, Ratisbonenfis, Frisingensis, Bonensis, Oetingensis, Monacensis, resp. Coadiutor, Præpositus, Archi-Diaconus & Canonicus Capitularis,
S. R. I. Princeps, Comes de Warttemberg & Schaumburg, Dominus im Wald & Hachenberg &c. Ser. Electoris Colonienfis, ac postea totius Collegii Electoralis ad Pacem Universalem LEGATUS PRIMARIUS.

Er stammet von den Herzogen von Bayern, und ist der erstgebohrne Sohn Ferdinandi, Herzogs in Bayern, welcher sich Anno 1588. mit *Georg Pettenbecks*, eines Bayerischen Hof-Bedientens Tochter, *Maria*, vermählte, und die *Warttembergische* Linie in Bayern stiftete, v. *IMHOFF* in *Notit. Proc. Germ. L. II. C. VI. §. 17.* die aber mit dem Gräflichen Geschlecht der *Kolben von Warttemberg* in der Pfalz nicht zu confundiren ist. *Europäischer Herold. Tom. I. p. 228. & p. 660, ed. nov.* Er wurde gebohren den 1ten Mart. 1593. und nachgehends mit seinen Brüdern in den Grafen-Stand erhoben. Schon in der Jugend trug Er grosse Neigung zum geistlichen Stand; nachdem Er von den Jesuiten zu Ingolstadt informirt worden, erlangte Er die Probstei der Collegial-Kirche S. Mariæ zu Alt-Deitingen Ao. 1605. und folgend die Probstei zu Münster. Ao. 1608. reiste Er nach Rom, da Er in dem Deutschen Collegio 9. Jahr verblieben, nach seiner Rückkunft ward Er Bayerischer Präsident aller Raths-Collegien. Ao. 1619. erhielt Er vom Pabst Paulo V. die Würde eines Dom-Probstens zu Regensburg, woselbst er schon einige Jahr vorher Canonikus worden war. Ao. 1621. machte Ihn seines Vaters Bruder Churfürst Ferdinand zu Eöln zu seinem Ober-Hofmeister, Geheimden Rath, Präsidenten und Directoren in denen Bisthümern Lüttich, Paderborn, Hildesheim und Münster. Jahres darauf wohnete Er dem Collegial-Tag zu Regensburg, und Ao. 1624. dem Convent zu Augsburg, wegen Bekräftigung der Catholischen Lige bey. Ao. 1625. erhielt Er das Bisthum Osnabrüg, konte aber solches wegen der bald darauf darinn eingedrungenen Dänischen Krieger-Völcker nicht beziehen, biß das ganze Stifft durch die Kayserlichen Waffen wieder erobert worden. Ao. 1627. war Er im Nahmen Chur-Eöln zu Mühlhausen auf dem Churfürsten-Tage zu gegen: Ao. 1629. wurde Er von dem Kayser zu einem Executor des damaligen Edicts wegen Restitution der geistlichen Güter, im Nieder-Sächsischen Craysse verordnet, da Er denn in solcher Commission 146. Erz- und Bisthümer, Elöster und Collegiat-Kirchen, ohne die Pfarr-Kirchen, von den Evangelischen an die Catholische gebracht, vor sich aber das, dem Braunschweigischen Herzoge Christian entzogene Stifft Minden, und Ao. 1630. das dem Holsteinischen Herzoge Johann Friedrich abgenommene Bisthum Verden von dem Pabste erhalten. Er setzte die ehemals vom Kayser Carolo M. fundirte Universität zu Osnabrüg wieder im Stand, stiftete unterschiedene Seminaria, wie auch das Engelländische Collegium und ein Haus vor arme Studenten. Auch wurde Er Päpstlicher Vicarius in den Nordlichen, und sonderlich Bremischen Landen. Nach einem Anno 1633. vom Herzoge Georgen zu Braunschweig glücklich erfochtenen Siege bey Oldendorff wider die Kayserliche, verlohr er alle drey vorbenannte Bisthümer, und muste sich mit grosser Gefahr nach Eöln, und von dar nach Brüssel retiriren. Als aber bald darauf die Protestanten vor Nördlingen unglücklich waren, kam Er wieder zurück nach Eöln, und wurde als Chur-Eölnischer und Chur-Bayerischer Gesandter an

an den Kayserlichen Hoff geschicket, an welchem er die Vermählung der ältesten Kayserlichen Prinzeßin mit dem Churfürst in Bayern zu Stande bringen mußte. Anno 1641. reiste Er nach Rom und S. Loretto aus einem Gelübde, so Er in einer harten Kranckheit gethan. Nach seiner Rückkunft ward er zum Coadiutor des Bischoffs zu Regensburg erwöhlet. Den Friedens-Tractaten zu Münster und Osnabrüg wohnete Er als Chur-Cöllnischer Principal-Gesandter, wie auch wegen seiner Bisthümer bey. Durch den erfolgten Friedens-Schluß mußte Er die Bisthümer Verden und Minden fahren lassen, vor das Osnabrüggische aber, dem Grafen Gustav, Gustavs Sohn, in 4. Jahren 80000. Rthlr. zahlen. Ao. 1649. ward Er Bischoff zu Regensburg. Ao. 1660. wurde Er vom Pabste zu einem Presbytero Cardinale gemacht, und Jahres darauf verließ Er das Zeitliche zu Regensburg im 68. Jahre seines Alters. Ludolphs Schaubühne. Was von diesem Bischoff der Rheinfeldische Canonikus, GEORG IOSEPH EGGS, in seiner *Purpura Docta*, Lib. VI. p. 456. seqq. anführet, erhellet aus folgenden.

Anno 1655.

Sedente Alexandro VII. Pontifice Maximo
de

FRANCISCO GUILLELMO à WARTEMBERG,

S. R. E. Cardinale.

Franciscus Guillelmus Ferdinandi Bavarix Ducis Filius in lucem editus Monachii anno salutis 1593. illico Comes à Wartemberg declaratur. Vix octavum aetatis attigerat annum, quando Ingolstadtium ad prima studia missus, in Convictu S. Ignatii Episcopi & Martyris sub cura Patrum Societatis Iesu initium fecit. Adhuc puer, animo ad statum Ecclesix Collegiatae Beatae Virginis Oettingensis Praepositus datur; mansitque Ingolstadii usque ad annum 1608. Quo anno cursu Dialecticæ cum plausu confecto, & parente Ferdinando vita functo, Praepositus Monacensis electus Romam se contulit ad Collegium Germanicum & Hungaricum; ibique duobus primis annis Physicæ ac Metaphysicæ, quatuor sequentibus Sacrae Theologiae & Iurisprudentiæ operam dedit.

Absolutis Romæ gravioribus disciplinis, à Serenissimo Maximiliano Bavarix Duce & Electore Imperii in Germaniam revocatus, fit Praeses Consilii Electoralis & Canonicus Ratisponensis. Anno salutis 1617. Paulus V. Pontifex maximus eundem urgentibus meritis Praepositum Cathedralis Ecclesix Ratisponensis, & Canonicum Frisingensem constituit.

Cum autem Itelius Fridericus Comes à Zollerem (qui novem annis Serenissimi Coloniaensis Electoris Ferdinandi Bavarix Ducis Moderator fuerat consiliorum, ac totius aulae Praefectus, nec non Director in Episcopatibus Leodiensi, Monasteriensi, Paderbornensi, Hildesensi, aliisque Principatibus) à Paulo V. ad purpuram assumptus anno 1621. Romam recessisset, (uti lib. V. n. 97. in eius vita commemoravimus) Franciscus Guillelmus in eius locum Monachus evocatus, successusque eidem in omnibus officiis, dignitatibus ac titulis successit. Quare unâ cum Electore Coloniaensi ad Comitata Ratisponensa profectus, tractatibus ibidem omnibus, nomine dicti Electoris interfuit, ac translationem Electoratus in Bavarum factam, velut Catholicis propitiâ, toto pectore procuravit.

Anno 1624. ab eodem Coloniaensi Electore Legatus ad magnum illum Conventum, Augustæ Vindelicorum celebratum destinatus, renovati inter Catholicos fœderis adversus heterodoxos præcipuus auctor, & promotor extitit.

Defuncto sub annum 1625. Cardinali Zolleriano Episcopo Osnabrugensi, à Capitulo Franciscus Guillelmus absens successor postulatus confirmationem ab Urbano VIII. & regalia à Ferdinando II. Cæsare obtinuit. Verum à civibus nova moventibus, & à rebellibus subditis reiectus, Danique collusoris auxilio in exilium actus, cum loca interim, omnia perduelles hostiliter occupassent; ipse Catholicorum

rum armis suffultus, expugnato Winbruggensi oppido, munitissimam arcem Reckenbergensem eiectis hostibus recuperavit, atque adeo armata manu possessionem sui Episcopatus adivit. Reliqua deinde munitiora loca ab hostibus infessa iisdem fidelium armis expugnavit, ipsamque civitatem Osnabrugensem obsidione arctatam ad deditionem coegit. Qua in fidem recepta, cum Danis rebellium fautoribus congressus, delectis eorum septem millibus, ac reliquis in fugam coniectis universum Episcopatum ab hostibus simul ac rebellibus liberavit. Solemni ac nunquam viso triumpho receptus, possessionem iniit victor, ac Præsul; statimque suscepto à subditis fidei sacramento, rebusque cum sacris tum profanis ex æquo ordinatis, Patribus de observantia S. Francisci Cœnobium ante 88. Annos ab hæreticis ablatum restituit; Patrum Societatis Domum, cuius fundationem Cardinalis Zollerianus meditabatur, perfecit; Ecclesias Parœciales duas insignes Catholicis ad usum attribuit; novam arcem S. Petri, prope civitatem pro sua successorumque residentia erexit, eandemque vallis & aggeribus egregie munitam, tormentis æneis, præsidio ac comœatu, aliisque ad defensionem necessariis instruxit: Visitationem per totam Diœcesim instituit; Ministris hæreticorum eiectis, sacerdotes ad disseminandum Dei verbum substituit; Collegiata Ecclesias, Monasteria, Tempia, & oratoria ab hæreticis diruta, & profanata restauravit; Calendarium Gregorianum cum cantu, Breviario, ac cæremoniis Ecclesiæ Romanæ introduxit; & Concilii Tridentini Canones, decreta ac statuta, à prædecessore promulgata sub censuris servari iussit. Synodus duas anno 1625. ad Cleri populique reformationem celebravit; homagium à subditis recepit; infeudationem Vasallorum fecit; Conventum cum suis statibus indixit.

Inter hæc à Friderico Electore Colonienfi evocatus, cum illo in Bavariam ad publica negotia ivit: qua occasione Meppenæ residentiam pro Patribus Societ. Iesu confirmavit. In principio vero anni 1629. à Ferdinando II. Imp. constitutus executor Cæsarei Edicti recuperandorum honorum Ecclesiasticorum per Circulum Saxonicum inferiorem ad Episcopatum se suum transtulit, suisque magnis sumptibus & itinerationibus non sine capitis periculo obitis, pium Cæsaris votum adimplens, centum quadraginta sex Ecclesias Archiepiscopales, Cathedrales, Collegiatas, Abbatiales, & Claustrales (exceptis Parœcialibus quam plurimis) Catholicis restituit. Nova etiam Monasteria pro viris Religiosis, & Collegia pro Patribus Soc. Iesu (approbantibus Urbano VIII. & Ferdinando Cæsare) condidit. Eodem tempore Urbanus alios duos Episcopatus, Mindensem videlicet & Verdensẽ, petente Ferdinando, eidem contulit; electusque est paulo post etiam Præpositus, & Archidiaconus Ecclesiæ Bonnenfis.

Statim atque renunciatus est Episcopus Verdensis, Religionis zelo æstuans, Synodum à sexaginta amplius annis intermissam celebravit, saluberrimæque decreta, fidem & mores Clericorum concernentia edidit. Cumque Cathedralem Ecclesiam sæpius ab hæreticis pollutam ad avitam Catholicorum formam reducere curaret, in translatione perantiqui Tabernaculi ex lapide artificiose elaborati, invenit corpora nonnullorum Sanctorum Episcoporum Verdensium multis retro seculis ibidem reconditorum, videlicet SS. Siviberti, Tani, Uvatti, Nortglæ, Zetillii, Havuti, Hilulphi, Corbylæ, quæ honorificè in eadem Ecclesia publicæ venerationi exposuit: in qua Basilica licet ab anno 1578. usque ad annum 1630. nullum fuisset exercitium Catholicum, urbsque illa octies intermedio eo tempore tum à Catholicorum tum ab Hæreticorum exercitu occupata fuisset, attamen in memorato Tabernaculo reperta est hostia una magna, & in pixide argentea tres aliæ minores integræ nullaque ex parte læsæ; è contra in pixide alia plures aliæ minores non consecratæ vermibus ac tineis scatentes. Quæ res haud miraculo caruit. Cum autem in tota Diœcesi Verdensi nullum offendisset Sacerdotem Catholicum, ac trestantum Orthodoxos in ipsa civitate, duodecim ex diversis regionibus evocavit Sacerdotes doctrina ac pietate præstantes, eo fine ut diuinum officium quot diebus in Ecclesia Cathedrali more maiorum perficerent. Religiosos etiam viros ad erudiendam in fide plebem suis sumptibus ad Parœcias destinavit; Verdæ residentiam pro Patribus Societatis & Cœnobium pro Franciscanis de observantia erexit. In omnibus

vero Synodis, quas sæpius convocavit, Concilium Tridentinum, Breviarium, Missale, Cæremonialque Ecclesiæ Romanæ, atque Calendarium Gregorianum, præter alia saluberrima statuta promulgata introduxit. Porro Seminaria Clericorum duo ad Saxonicam missionem & propagandam fidem opportuna instituit. Academiam Queckerburgensem nongentis ab hinc annis à Carolo Magno erectam, sed tractu temporis collapsam atque intermortuam, resuscitavit, pristinoque splendori magnis suis impensis restituit. Ut autem Academiam iuvenes undique acciti frequentarent, Professorum domos & stipendia ampliavit, annuisque redditibus auxit. Hos præclaros Episcopi conatus maximè iuvat Urbanus VIII, qui quatuor Cænobia, annuis proventibus & fortunis opulenta, ab Hæreticorum manibus vindicata, Francisco nostro Guillelmo ad pietatis opera, quæ inceperat, perficienda tradidit. Idem Urbanus Apostolicum hunc virum, Vicarium constituit Ecclesiæ Romanæ ad partes Septentrionales Bremenses. Eundem Elector Colonienfis Plenipotentiarium misit ad reformandum, & recuperandum Episcopatum Hildesensem, cuius maximam partem à centum triginta duobus annis Duces Brunsvicenses iniuste detinuerant. In hoc statim Synodum ad reparationem rerum ecclesiasticarum congregavit; Monasteria variis Ordinibus utriusque sexus restituit; impurorum dogmatum Præcones eiecit: pollutas eorum Ecclesias reconciliavit; homagium à rebelli civitate recepit; temere obnitentes penis, exilio & proscriptionibus affectit; omniaque iura in Ecclesiæ Catholicæ commodum & propagationem confirmavit.

Anno 1632. Osnabrugensem Synodum in eundem finem adunavit, uti etiam sequenti anno aliam. Novum Templum suo ære in honorem S. Ignatii Loyolæ erectum, præsentibus tribus Episcopis, & duodecim Abbatibus infulatis solemnè pompa sacrum fecit. Utque ius Canonicum in Academia Osnabrugensi publice doceretur, ab Urbano VIII. specialem facultatem obtinuit, & præbendam pro Doctore ius illud interpretante.

Anno Christi 1636. ad Comitata Ratisponensia, rei Christianæ profuturus, iterum se contulit. Electioni Ferdinandi III. in Regem Romanorum suo suffragio interfuit: & coronationi Reginæ Romanorum Mariæ Hispanicæ adfuit. Inter hæc consecratus ab Alberto Episcopo Ratisponensi Sacerdos, & a Nuntio Apostolico Episcopus, primam immortalis Deo hostiam incredibili pompa & apparatu Ratisponæ, præsentibus Rege & Regina Romanorum, litavit. Inde digressus Widenburgum, sex ibidem scholis humanioribus pro erudienda iuventute institutis, militem copiosum suis sumptibus adversus hæreticos conscripsit; signisque feliciter cum hoste potentissimo collatis, Episcopatus Mindensem, Osnabrugensem & Verdensensem, quos hæretici, in eius absentia, vi & armis non sine perfidia occupaverant, fufis eorum agminibus recuperavit.

Tot procellis ac seditionibus agitur, anno salutis 1640. lethalem in morbum incidit, quo ingravescente, quum medici nihil proficientibus remediis desperarent, planeque conclamatam salutem edicerent; ipse animo erectus, voto ad Lauretanam Virginem emisso, per somnium de salute admonitus convaleuit. Mense igitur Aprilis anni sequentis, vota Deiparæ facta soluturus, Lauretum cum munere perrexit: inde Romam, evocante Urbano ad limina Principum Apostolorum visitanda transivit. Roma & Pontifice valere iussis, urgente Cæsare ad Comitata Imperii publica Ratisponam remeavit: ubi præsentibus Ferdinando III. Imp. Ecclesiæ suæ Mindensis bona ab hæreticis iniuste ablata repetiit, ac recuperavit. Terminatis Comitibus ab Episcopo Ratisponensi & Capiulo universo Coadiutor cum spe successio- nis postulatur, quam postulationem, uti æquam & fidelibus populis commodam, profuturamque Urbanus Pontifex misso diplomate anno 1641. confirmavit. Tum Legatus ac Plenipotentiarus ab Electore Colonienfi mittitur ad Tractatus pacis generalis, quos ut Princeps Imperii ratione Ecclesiarum suarum etiam adire statuerat. Augustanus, Eistettensis, Curienfis, Ratisponensis, Corbiensis, Episcopi ac Principes Imperii suas eidem partes plenissime commiserunt: spatio annorum quinque tum proprias, tum alienas causas ea fide, industria ac prudentia peregit, ut per

per omnes Christiani Orbis provincias Francisci Guillelmi nomen inclaruerit; ipsique Hæreticorum Principum Legati morum suavitatem & elegantiam, rerum gendarum usum, vitæ sanctimoniam, & zelum domus Dei admirati, summis laudibus extulerint. Omne vero illius studium in eo erat, ut & pax cuiuslibet iuribus commensurata componeretur, & nihil de ecclesiæ immunitatibus atque auctoritate, hæreticorum perfidia imminueretur. Qua occasione intimam familiaritatem cum Fabio Chisio (postea sub Alexandri VII, nomine ad summum Sacerdotium evecto) contraxit.

Inter hæc defuncto sub annum Christi 1649. mense Aprili Alberto Episcopo Ratisponensi possessionem viduati Episcopatus per deputatos Legatos iniit. Anno sequenti Ratisponam ipse profectus Diocesim iniuriis temporum multum collapsam in ordinem redegit; Generalem Synodum annis minimum sexaginta intermissam, coactis undique ad eam viris Ecclesiasticis celebravit; deinde cum restitutio Episcopatus Osnabrugensis (à quo depulsus fuerat) iuxta pacis tractatus & conventa, illi facienda esset, Monasterium properavit, ubi à detentore Sueco delusus, non nisi trigesima Novembris die Anno salutis 1650. cessionem obtinuit. Quare zelo Religionis concitatus, sepositis ad tempus minoris momenti negotiis, eo se contulit; Synodum exulum Sacerdotum, proscriptorumque Parochorum, convocavit, eosque ad unum omnes antiquis Ecclesiis, eiectis Hæreticorum ministris, præfecit. Mense vero Martio anni subsequenti duas iterum Synodos generales indixit, in quibus post utilissimas constitutiones ad Cleri populique emendationem spectantes, omnia postliminio ad antiquum Catholicorum ritum, summo rei Christianæ emolumento, revocavit. Quo factum ut brevi tempore multa ovium millia, eius diligentia & sollicitudine, ad genuinum Ecclesiæ Romanæ gremium redierint, quarum septem millia eoque amplius suis ipse manibus Sacramento Confirmationis insignivisse proditur.

Talem ac tantum virum de Republica Christiana, siquis alius, optime meritum Alexander VII. Romanus Pontifex, qui eum domestice noverat in Conventu Monasteriensi, ad iteratas Cæsaris preces Presbyterum Cardinalem die 5. Aprilis anno reparatæ salutis 1660. unanimi Sacri Senatus consensu pronuntiavit. Romam tamen suis dissentus negotiis accedere non potuit; quare Titulum, non nisi Romæ præsentibus dari solitum, non obtinuit; neque diu vixit in purpura: nam anno sequenti 1661. prima die Decembris in senectute bona (annum enim sexagesimum octavum ætatis suæ iam compleverat) ad promerita superum gaudia evolavit. Vir certè longiori vita in Catholicorum commodum dignissimus, nisi melior atque beator illum excepisset: fuit enim præstanti admodum virtute, pietate & eruditione, quibus se omnibus ita probavit, ut eum ascera verum religionis exemplar; doctrina conspicui Mæcenatem; egentes parentem optimum agnoscerent, defunctumque luctu maximo prosequerentur.

Edidit præter insignes aliquot Orationes in variis Comitibus, Conventibus ac Synodis dictas, Constitutiones plurimas admirabilem pietatem redolentes typis cufas.

Agunt de eo Acta Osnabrugensia, Mindensia & Verdensia, Literæ Alexandri VII. & Ferdinandi III. Imp. promotoriales. Augustinus Oldoinus in addit. ad Ciaconium, Monumenta Monasteriensia &c.

HUGO EVERHARDUS CRATZ, Comes de Scarpfenstain &c. Ecclesiae Metropolitanæ Moguntinæ Præpositus &c. S. Cæsar. Maiestati à Consiliis, Serenissimi Electoris Moguntini Cubicularius & Consiliarius Intimus, Eiusdemque nomine ad Tractatus Pacis Universalis LEGATUS PLENIPOTENTIARIUS.

Dieses ersten Chur-Maynzischen Gesandten Geschlechts-Register ist aus nebenstehender Tabelle sub N. I. zu ersehen.

NICOLAUS GEORGIUS de REIGERSBERGER, Eques, S. Cæs. Mai. Consiliarius Imp. Aulicus, Eminentissimi Archi-Episcopi Electoris Moguntini Cancellarius, à Consiliis Secretis, & ad Tractatus Pacis Universalis plena cum potestate LEGATUS.

Von dieses Ministers Lebens-Umständen, ist in des Herrn von GUNDENUS *Sylloge I. variorum Diplomatariorum* p. 551. folgendes zu lesen: Nicolaus Georgius de Reigersberg, Eques, factus Ao. 1622. Consiliarius Aulicus & deinde Intimus; Ao. 1641. Vice-Cancellarius & Ao. 1645. Cancellarius: eminuit inter Pacificatores Westphalicos, nominique suo perenne decus comparavit subscriptione prima harum Tabularum, quibus salus & quies Imperii Germanici instaurata est. Deposito Ao. 1651. munere, inter mortales esse desit Francofurti Ao. 1652. Consiliarius etiam Aulicus Imperialis. Sepultus Aschaffenburgi parochiali B. Mariæ. Virg. æde. Sein Geschlechts-Register ist hierneben zu sehen, sub Num. II.

Heinrich Brömser von Müdelheim Frey-Herr, Churfürstlich-Maynzischer Geheimbder Rath und Vice-Dom zu Maynz, Chur-Maynzischer Gesandter.

Dieser ist aus einer uhralten Famille im Rhein-Land entsprossen, welche das Erz-Untert-Truchsess-Amt im Erz-Stift Maynz besit, und welche ihr Alter bis in das zehende Seculum hinaus führt. Wovon zu lesen HUMBRACHT Vom Rheinischen Adel *Tab. 159.* CRUSIUS in *Annal. Suevicis* P. II. *Libr. VI. C. 5.* UNIVERSAL-LEXICON T. II. p. 1457. Sein Geschlechts-Register und Wappen ist aus nebenstehender Tabelle sub N. III. wahrzunehmen.

Sebastian Wilhelm Mehl, Chur-Maynzischer Geheimbder Rath und Gesandter.

Von desselben Lebens-Umständen, ist in vorbelobter *Sylloge* des Herrn von GUNDENUS p. 553. *sqq.* folgendes zu lesen:

SEBA-

SEBASTIANUS WILHELMUS MEHL;

